CATALOGUS
CODICUM LATINORUM
MEDII ÆVI
BIBLIOTHECÆ REGIÆ
HAFNIENSIS

DIGESSIT
ELLEN JØRGENSEN

FASCICULUS II

HAFNIÆ MCMXXVI
PROSTAT IN ÆDIBUS GYLDENDALIANIS

CATALOGUS
CODICUM LATINORUM
MEDII ÆVI
BIBLIOTHECÆ REGIÆ
HAFNIENSIS

DIGESSIT

ELLEN JØRGENSEN

HAFNIÆ MCMXXVI
PROSTAT IN ÆDIBUS GYLDENDALIANIS

EX TYPIS GRÆBIANIS HAUNIÆ

PRÆFATIO.

Bibliotheca Regia Hauniensis a prima origine instructa fuit codicibus Latinis medii ævi. Tales jam possederunt bibliothecæ Joachimi Gersdorfii, regni aulæque magistri, et Petri Scavenii, procuratoris generalis, quæ una cum bibliotheca Laurentii Ulfeldii fundamenta sunt Bibliothecæ Regiæ a rege Friderico III institutæ. Translatus est e bibliotheca Joachimi Gersdorfii liber evangeliorum sæc. X—XI, nunc signatus Gl. Kgl. Saml. 10 fol., e bibliotheca vero Petri Scavenii undecim codices, qui omnes orti erant e Belgio et Gallia et Italia, inter quos nonnulli splendidissimi. Præter hos autem per primos annos fere septuaginta paucissimi tantum codices manu scripti medii ævi in possessionem regis venerunt, ut Bibliorum sacrorum codex Gl. Kgl. Saml. 1310 4to ex æde S. Laurentii Lundensi et codex præclarus Justini Gl. Kgl. Saml. 450 fol. e monasterio B. Mariæ Virginis de Sora.

Elapsis demum annis haud ita paucis sæculi XVIII multum aucta est collectio codicum Latinorum, primum anno 1732, cum auctio facta est librorum comitis Christiani Danneskiold-Samsøe, deinde anno 1749, cum acquisita est bibliotheca Gottorpiana. Inter codices Danneskioldianos præcipue notandi sunt plurimi illi, qui Friderici Rostgaardii fuerant, quorum alii anno 1699, cum per Italiam iter hic faceret, alii e variis bibliothecis Danicis coempti erant. Inter codices autem bibliothecæ ducalis Gottorpianæ memorabiles sunt illi, qui e bibliotheca monasterii Cisterciensium Cismariensis orti erant, atque illi, qui pars fuerant bibliothecæ Bordesholmiensis; præterea codices monasteriorum Gallicorum, præcipue Sancti Victoris, quos Fridericus Lindenbrogius, cum bibliothecas adiret, surripuerat.

Anno 1752 codices a præfecto suo et summo archivario Johanne Grammio relictos Bibliotheca dono accepit, inter quos pauci mediævales; alii empti sunt, cum libri Capituli Hamburgensis anno

1784 per auctionem venierunt. Has vero comparationes aliasque, quæ occasione data factæ sunt auctionibus in Dania institutis, multum superavit donatio Thottiana. Legavit enim comes Otto Thott, qui mortuus est anno 1785, Bibliothecæ Regiæ libros suos manu scriptos 4154, e quibus plus quam 200 codices mediævales, inter quos maxime memorabile est psalterium præclarum Thott 143 fol. ac præterea codices nonnulli, qui orti sunt e monasterio Cisterciensium Isselstein et e Collegio Claromontano.

Inter codices, qui post mortem historiarum scriptoris illustris P. F. Suhmii (anno 1798) in possessionem Bibliothecæ Regiæ venerunt, complures erant mediævales, inter quos nonnulli e Dania orti. Collectio vero codicum anno 1821 ab Abrahamo Kall, professore Hauniensi, donata pauca tantum continet, et quæ minoris pretii sint, e medii ævi reliquiis. Quæ cum per se asservetur, codices Suhmiani simul cum iis, qui a præfecto Bibliothecæ D. G. Moldenhawero († 1823) donati sunt, et omnibus libris manu scriptis, qui postea in possessionem Bibliothecæ venerunt, in collectione collocati sunt, quæ Collectio Regia nova (Ny Kongelig Samling) appellatur. Tum vero collectio codicum ante donationem Thottianam anni 1785 comparata Collectio Regia antiqua (Gammel Kongelig Samling) appellata est.

Collectio Regia nova, quæ instituta est circa annum 1830, usque ad nostram ætatem aucta est et semper augetur. Infeliciter autem factum est, ut priorum incuria perraro annotaretur, unde codices venirent, ita ut de origine complurium codicum hujus collectionis, eorum inprimis, qui antiquioribus temporibus comparati sunt, nihil nunc notum sit.

Per totum sæculum XIX hæc collectio paucis tantum codicibus medii ævi aucta est, sed ab anno 1909 Dr. H. O. Lange, tunc præfectus Bibliothecæ, occasione data in terris exteris codices coemit; maxime vero annis 1919—1923 multos ac præclaros codices comparare ei contigit. Idem hujus catalogi conficiendi rationem instituit et anno 1915 opus aggredi jussit.

In Bibliotheca Regia Hafniensi Kal. Octbr. 1926.

CONSPECTUS HUIUS LIBRI.

Subicimus præcipua scribendi compendia, quibus in indicandis, quos adhibuimus, libris impressis et catalogis manuscriptis sæpe usi sumus.

Erichsen — John Erichsen: Udsigt over den gamle Manuscript-Samling i det store kgl. Bibliothek. Kbh. 1786.

Werlauff — E. C. Werlauff: Historiske Efterretninger om det store kongelige Bibliothek i Kiøbenhavn. Kbh. 1844.

Bruun — Chr. Bruun: De illuminerede Haandskrifter fra Middelalderen i det store kgl. Bibliothek. Kbh. 1890.

Cat. Schumacheri — Catalogus librorum typis exaratorum pariter ac Msc. quibus curante Schumachero aucta est Regia Bibliotheca. (Ms. in archivo bibliothecæ Regiæ).

Cat H. Lindenbrogii — Catalogus bibliothecæ Gottorpiensis manu H. Lindenbrogii. (Ms. philol. 312 fol. bibliothecæ reipublicæ Hamburgensis).

Cat. N. Heinsii — Catalogus codicum Græcorum et Latinorum mss. Gottorpianorum manu Nic. Heinsii. (Codex Vossianus Latinus 135 in quarto).

Ulrich Petersen: Specificatio — Specificatio librorum manuscriptorum qui in bibliotheca Gottorpiensi asseruantur. (Ms. in archivo regni Danici).

Cat. Pechlin — J. Pechlin: Librorum manuscriptorum bibliothecæ Gottorpiensis catalogus 1707. (Ms. in archivo bibliothecæ Regiæ).

Cat. Møllmann — B. Møllmann: Catalogus manuscriptorum bibliothecæ Gottorpiensis 1735. (Ms. in archivo bibliothecæ Regiæ).

CODICES THEOLOGICI

f. 108'—112: „*Forma decreti pro electione prelati, quam formam compilauit* Hostiensis episcopus cardinalis. Beatissimo patri ac domino diuina prouidentia sacrosancte Romane ecclesie × in desideriis anime sue et iniquus benedicitur".

f. 113—149: „*Regula sancti* Benedicti *abbatis*".

f. 150—154: „*Hec sunt nomina omnium Romanorum pontificum.* Primus pontifex Dominus noster Jhesus Christus × Honorius. Nicolaus. Celestinus. Bonifacius. Benedictus. Clemens". [Nomina quattuor ultima manu secunda scripta].

f. 154'—155': „*Hic est ordo et numerus et ratio omnium cardinalium secundum institutionem primitiuam.* In ecclesia triumphanti tres sunt ierarchie anglorum × sancti Quiriaci. Hec est ratio eorum".

f. 155'—157: „*Hec sunt nomina omnium imperatorum a natiuitate Domini nostri Jhesu Christi.* Octauianus Augustus × Richardus de Anglia. Rudolfus. Adolfus [manu secunda ea, que sequuntur]: occisus. Albertus filius Rodolfi occisus. Henricus comes de Lutzelenborg".

f. 157—157': „*Hec sunt nomina omnium episcoporum a primo, qui sedit in Aldenburg, usque ad ultimum, qui sedit in Lubeke.* Marco. Eguuardus × Burghardus de Serkem. Hinricus". [Nomen ultimum manu secunda scriptum].

f. 157': „*Hec sunt nomina abbatum istius monasterii.* Arnoldus. Gerardus × Johannes abbas. Augustinus abbas". [Nomina 17 ultima manibus diuersis scripta].

f. 158: „*Hic est totalis dyocesis Lubecensis in quatuor partes distincta.* Iste ecclesie constituunt quartam partem dyocesis. Brude. Hilgenhauene × Wesenberge. Slamerseke. Sconenborne". [Duo ultima manu secunda scripta].

f. 159: *Cisio Janus.*

f. 159'—165': *Arbor uirtutum. Breuis tractatus sacerdotibus utilis.* „Hec est arbor, cuius fructum, qui comederit × fraudulenter mercando, tesserando uel quocumque alio modo".

Poss. Monasterium s. Johannis in Cismaria. (In parte interiore tegumenti: „Liber sancti Johannis euangeliste in Cysmer". — Signatura in tergo deleta). — Bibl. Gottorp. (Cat. Lindenbrog. n. 145. — Cat. Pechlin. n. 15. — Ulrich Petersen: Specificatio lin. 89. — Cat. Möllmann n. 158).

Litt. Erichsen 25. — Archiv f. ältere deutsche Geschichtskunde VII 150. — Quellensammlung der Gesellschaft f. Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte IV 254.

Gl. kgl. S. 1587 4to membr., sæc. xv et xvi (f. 123: „Completum anno Domini 1457 14. Kal. Decembris per fratrem Hermannum Kolpin in utilitatem fratrum suorum dilectorum"), ff. 123, cm. 24×17,5. Tegum. uetus.

f. 1—48: *Martyrologium.*

f. 49—91: *Regula sancti* BENEDICTI.

f. 91'—92': „*De distinctione regule*".

f. 93—123: *Necrologium Cismariense* diuersis manibus sæc. xv —xvi scriptum.

f. 123': „*Que infra scripta perpetuis temporibus ab omnibus sunt seruanda in monasterio Cismariensi*".

Prov. Monasterium s. Johannis in Cismaria. — *Poss.* Monasterium s. Johannis in Cismaria. (In fol. preligato: „Liber sancti Johannis euangeliste"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Lindenbrog. n. 157. — Cat. Pechlin. n. 7. — Cat. Möllmann. n. 126).

Litt. Erichsen 24. — Archiv f. ältere deutsche Geschichtskunde VII 155, 993. — Quellensammlung der Gesellschaft für Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte IV 272.

Ny kgl. S. 935 fol. chart., sæc. xvi, ff. 18, cm. 33×24.

f. 1: „*De distinctione regule*".

f. 2—18: *Necrologium Cismariense* perpaucis manibus scriptum.

Prov. Monasterium s. Johannis in Cismaria. — *Poss.* Monasterium s. Johannis in Cismaria.

Litt. Quellensammlung der Gesellschaft für Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte IV 274.

Gl. kgl. S. 849 fol. membr., sæc. xiii—xv, ff. 182 [I + (IV—1) + 5 IV + I + 9 IV + (IV—1) + 3 IV + (IV—1) + IV + (IV—2) + III + I + 1] ɔ: codex mutilus, cm. 29,3×18. Tegum. uetus.

f. 1: *Litania.*

f. 2'—176': *Martyrologium* USUARDI *ad usum ecclesie Wentane et postea ad usum ecclesie Ripensis adaptatum* cum notis obituariis diuersis manibus [sæc. xiii exeunt. — sæc. xv] scriptis. (Scriptores rerum Danicarum V 534).

f. 177—177' [sæc. xv]: *Hore de beata Maria uirgine.*

f. 178—178' [sæc. xv]: *Hore de sancto spiritu.*

f. 178'—179' [sæc. xv]: *Hore de sancta cruce.*

f. 180—181' [sæc. xv]: *Psalterium beate Marie uirginis.*

f. 182: *Varie note de missis in ecclesia cathedrali Ripensi celebrandis.*

Prov. Dacia. — *Poss.* Ecclesia cathedralis Ripensis. — L. Harboe. (Scriptores rerum Danicarum V 534. — Bibl. Harboiana III 134 n. 1155).

Litt. Scriptores rerum Danicarum V 534. — Werlauff 214. — Ellen Jørgensen: Fremmed Indflydelse paa den danske Kirke. Videnskabernes Selskabs Skrifter 7. Række I 290.

Thott 805 fol. membr., sæc. XIII exeunt.—XV, ff. 24, cm. 30×21,2.

Calendarium ad usum ecclesie beate Marie uirginis Haunie adaptatum cum notis obituariis multis manibus [sæc. XIII exeunt.—sæc. XV] scriptis. (O. Nielsen: Københavns Diplomatarium II 1).

Prov. Dacia. — Ecclesia beate Marie uirginis Haunie. — *Poss.* Ecclesia beate Marie uirginis Haunie. — Bibliotheca uniuersitatis Hauniensis. (Ny kgl. S. 1127 4to p. 10. — Scriptores rerum Danicarum VI 372). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 340 n. 805).

Litt. Scriptores rerum Danicarum VI 372, VIII 532. — O. Nielsen: Københavns Diplomatarium II 1. — S. Birket Smith: Om Kjøbenhavns Universitetsbibliothek før 1728, især dets Haandskriftsamlinger (1882) 70.

Gl. kgl. S. 845 fol. membr., sæc. XIII—XIV, ff. 58, cm. 32×21,5. Tegum. uetus.

f. 1—57: *Calendarium* cum notis obituariis paucis manibus [sæc. XIII—XIV] scriptis. (Scriptores rerum Danicarum IV 27).

f. 57'—58: *De donationibus anno 1314 9. Kal. Dec. a Guidone, regis Danorum cancellario, factis.* (S. R. D. IV 66).

f. 58': *De mandato Johannis archiepiscopi Lundensis (ann. 1293) de libro datico siue catalogo sanctorum.* (S. R. D. IV 67).

Prov. Dacia. — Ecclesia cathedralis Lundensis. — *Poss.* Ecclesia cathedralis Lundensis. (f. 1 [sæc. XIV--XV]: „Liber daticus ecclesie et capituli Lundensis").

Litt. Scriptores rerum Danicarum IV 26. — C. Paludan-Müller: Hvad var Saxo Grammaticus og hvor er hans Grav? Indbydelsesskrift til de offentlige Examina i Nykjøbing Cathedralskole (1861) 70. — C. Weeke: Lunde Domkapitels Gavebøger (1884—1889).

Ny kgl. S. 1885 fol. chart., sæc. xv, ff. 148, cm. 31,4×21,1.
f. 1—132: „*Super epistolas per circulum anni dicta fratris* Simonis de Cremona *ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini.* Dominica I. in aduentu. Augustinus ostendit qualiter Christo saluatori nostro × quia etiam transtulit nos in regnum suum. Ad quod nos perducat, qui sine fine uiuit et regnat".
f. 132'—148': *Registrum.*
Prov. Empt. Londinii anno 1923.

Thott 104 4to chart., sæc. xiv, ff. 166, cm. 21×14,4. Tegum. uetus.
In fol. preligato: *Pauci articuli, in quibus magister* Petrus Lombardus *non tenetur communiter ab omnibus.* (cf. Migne PL 192. 961).
In fol. preligato: „*Errores condempnati a fratre* Roberto Cantuariensi archiepiscopo *que de consensu et consilio omnium magistrorum tam regentium quam non regentium apud Oxoniam die Jouis proximo ante festum sancti Guntrandi anno 1276 in quadragesima* . . ." [Vacat folium; errores non sequuntur].
f. 1—166: *Conclusiones fratris* Himberti abbatis monasterii Prulliaci *ordinis Cisterciensis super tres libros sententiarum Petri Lombardi.*
f. 166: „*Incipiunt conclusiones super quartum sententiarum Petri de Tarantasia, qui fuit Anglicus et frater minor.*" [Non sequuntur conclusiones Petri de Tarantasia].
In interiore parte tegumenti hec manu sec. xv scripta, que non ad codicem nostrum spectant: „Liber Campi sancte Marie. Hic habetur quidam tractatus de sacramento eucharistie. Item morale Crisostomi de sacra communione. Item collacio synodalis quondam facta in domo capitulari Coloniensi. Item quidam sermones. Item omelia una beati Bernardi super euangelium: Simile est regnum celorum decem uirginibus".
Prov. Germania. — *Poss.* Campus sancte Marie [Marienfeld] ordinis Cisterciensis in Westphalia [?]. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 387 n. 104).

Gl. kgl. S. 1362 4to membr., sæc. xiv, ff. 116, cm. 24,5×18,5. Tegum. uetus.
f. 1—3': „*Questiones super quartum decretalium*".

f. 4—116': *Commentarius in librum IV sententiarum*. „Samaritanus. Distinctio prima. Hic primo queritur, quid sit sacramentum et disseratur pluribus modis × ergo nec compassio".

Adligata ad interiorem partem tegumenti copia litterarum judicis dioc. Lubic. et subconseruatoris, prepositi, decani et capituli eccl. Lubic. de redditibus Johannis Schellepeper perpetui uicarii, dat. Lubece a. D. 1427 in crastino beate Katerine uirginis. — In codice inserta epistola paruula Thiderici decani ecclesie Butzowiensis Thiderico de Rozstoch uicario perpetuo ecclesie Sterneberch data.

Poss. Monasterium s. Johannis in Cismaria. (Signatura in tegumento: „D 4"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin. n. 42. — Cat. Möllmann. n. 43).

Ny kgl. S. 1886 fol., chart., sæc. xv, ff. 28, cm. 31,3×21,3. Ex pluribus codicibus conglomeratus.

f. 1—12': Nicolaus de Dinkelspühl: *Tractatus de penitentia*. „Ecce nunc tempus acceptabile II Cor. 6. Duo sunt tempora × non est capax alicuius partis ////".

f. 13—25': *„Concordancie breues, ut sciatur, quomodo una sententia ex pluribus locis biblie possit confirmari et declarari"*.

f. 26: *„Registrum super precedentes concordantias, ut sciatur, de quibus concordancie tractant"*.

f. 27—28': *Littere Hieronymi Landi archiepiscopi Cretensis, nuntii apostolice sedis ad regna Polonie, Slezie, Prussie, die 13. Maii 1463 date una cum bullis Pii II pape 4. Kal. April. 1463 datis. Copie.* (cf. Peter Eschenloers Geschichten der Stadt Breslau ed. Kunisch I (1827) 205).

Prov. Germania. — *Poss.* Domus Carthusiensium Erfordie. (f. 1 manu recentiori: „Cartusiæ Erfordiensis"). Empt. Londinii anno 1923.

Gl. kgl. S. 3544 8vo membr., sæc. xv, ff. 139, cm. 16×11,3. Diuersis manibus scriptus.

f. 1—16: „*Declamationes* Senece *moralizate*". „In ciuitate Atheniensium fuit constituta talis lex × Expliciunt declamationes Senece moralizate".

f. 16—139': Robertus Holcot: *Moralitates*. „Teodosius de uita Allexandri × territus tormentorum".

CODICES IURIDICI

Gl. kgl. S. 393 fol. membr., sæc. XIII, ff. 448, cm. 41×25,2. Litt. init. hist. et cum ornam. f. 398': Pictura, que monstrat episcopum in sede episcopali sedentem atque scriptorem in opere suo intentum. Subter pictura inscriptio: „Ego Ricardus hoc opus scripsi". Fol. 1: Littera initialis: I sæc. XIII exarata et historiata, sed tota pagina postea more Italico sæc. XV decorata armisque Ferdinandi I regis Neapolis ornata. In margine adsperse sunt adnotationes sæc. XIV et sæc. XVI.

Corpus iuris ciuilis.

f. 1—267': *Pandecte.*

f. 268—286: *Institutiones.*

f. 287—398': *Codex.*

f. 398'—442: *Nouelle.*

f. 442': *Authentica imperatoris Frederici I, que incipit: „Habita".*

f. 442': *Authentica imperatoris Frederici I, cuius initium: „Imperialem decet solertiam".*

f. 443—448: *Rubrice totius corporis iuris.*

Prov. Gallia. — *Poss.* Fulco Pererii collector apostolicus. — Johannes Martini licentiatus in legibus. (f. 448' [sæc. XIV]: „Iste liber est mei Johannis Martini licentiati in legibus dioceseos Caturcensis, quem dedit michi dominus meus, dominus Fulco Pererii licentiatus in legibus et apostolicus collector Castelle"). — Bibliotheca, que dicitur La Galiacza. (f. 448: „Intitulato 106 f. 46"; cf. L. Delisle: Le cabinet des manuscrits I 128, 224, 231; G. Mazzatinti: La biblioteca dei re d'Aragona in Napoli XL—XLV). — Ferdinandus I rex Neapolis. (f. 1: Arma regis Ferdinandi). — Corn. Lerche. — Vincentius Lerche. (Littere V L et arma in tegumento sepius impressa). — Chr. Lerche. — W. A. Osten. (Bibl. Osten. (1750) 52 n. 2).

Litt. Kiøbenhavns Universitets-Journal udg. ved Jacob Baden III 75. — A. G. Cramer: De uerborum significatione XXIV. — Bruun 81. — G. Mazzatinti: La biblioteca dei re d'Aragona in Napoli 179.

Gl. kgl. S. 394 fol. Tria uolumina. Vol. I. membr., sæc. XIII, ff. 283, cm. 41,6×25. Litt. init. hist. et cum ornam. In marginibus nonnulle picture parue ad textum spectantes.

f. 1--283': *Pandecte* (Lib. I--XXIV 2. 1) cum glossa.

Prov. Gallia. — *Poss.* Protasius de Ferrariis. (f. 1: „1431 die 5. Maii Protasius de Ferrariis officialis bullatorum Papie et ducalis commissarius"). — Johannes Nicolai de Landowe. — Domus monachorum Carthusiensium prope Argentinam. (cf. cod. Gl. kgl. S. 396 fol.) — Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin. n. 1. — Cat. Möllmann. n. 165—170. — Ulrich Petersen: Specificatio lin. 1. — In superiore et inferiore parte tegumenti signatura bibliothece Gottorpiensis litteris C. A. ɔ: Christian Albrecht adornata).

Vol. II membr., sæc. XIII (f. 215: „Anno Domini 1255 die secundo intrante Junio completum est hoc opus"), ff. 215, cm. 47,5× 28,5. Litt. init.

f. 1—215': *Pandecte* (Lib. XXIV 2. 2. — XXXVIII. 17. 10) cum glossa.

Poss. Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin. n. 1. — Cat. Möllmann. n. 165—170. — Ulrich Petersen: Specificatio lin. 1. In superiore et inferiore parte tegumenti signatura bibliothece Gottorpiensis litteris C. A. ornata).

Vol. III membr., sæc. XIII, ff. 259, cm. 43,5×25,5. Litt. init. hist. et cum ornam.

f. 1—259': *Pandecte* (Lib. XXXIX et usque ad finem) cum glossa.

Prov. Italia. — *Poss.* Protasius de Ferrariis. (f. 1: „1431 die 5. Maii Protasius de Ferrariis officialis bullatorum Papie et ducalis commissarius"). — Johannes Nicolai de Landowe. (f. 259' [sæc. XV]: „Istud digestum nouum est Johannis Nicolai de Landowe iuris utriusque doctoris"). — Domus monachorum Carthusiensium prope Argentinam. (cf. cod. Gl. kgl. S. 396 fol.). — Bibl. Gottorp. (ut supra).

Litt. Zeitschrift des Vereins für Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte XIV 11. — Bruun 85.

Gl. kgl. S. 397 fol. membr., sæc. XIII (f. 366': „Codice finito laus sit et gloria Christo annorum Christi currentes mille ducenti sessaginta labant duoque tempora dabant hic codex scriptus scriptor non fictus Nicolaus nomine dictus pictor benignus laudibus et munere dignus"), ff. 366, cm. 39,5×25,5. Litt. init. hist.

f. 1—365': *Codex Justiniani* (Lib. I—IX) cum glossa.

Prov. Italia. — *Poss.* Protasius de Ferrariis. (f. 1: „1431 die 5. Maii Protasius de Ferrariis officialis bullatorum ciuitatis Papie et ducalis commissarius"). — Johannes Nicolai de Landowe. (f. 366' [sæc. xv]: „Jo Nicolai"). — Domus monachorum Carthusiensium prope Argentinam. (cf. cod. Gl. kgl. S. 396 fol.). — Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin. n. 1. — Cat. Möllmann. n. 165—170. — Ulrich Petersen: Specificatio lin 1. — In superiore et inferiore parte tegumenti signatura bibliothece Gottorpiensis litteris C. A ↄ: Christian Albrecht adornata).

Litt. Zeitschrift des Vereins für Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte XIV 11. — Bruun 88.

Gl. kgl. S. 396 fol. membr., sæc. XIII, ff. 244, cm. 40×25. Litt. init.

f. 1—52': *Institutiones.*

f. 53—168': *Nouelle.*

f. 169—188': *Constitutiones feudales.*

f. 189—244': *Libri 3 posteriores codicis Justiniani.* Omnia cum glossa.

Prov. Italia. — *Poss.* Protasius de Ferrariis. (f. 1: „1431 die 5. Maii Protasius de Ferrariis officialis bullatorum Papie et ducalis commissarius"). — Johannes Nicolai de Landowe. (f. 1 [sæc. xv]: „Volumen Johannis Nicolai de Landowe iuris utriusque doctoris"). — Domus monachorum Carthusiensium prope Argentinam. (Miscellaneæ observationes criticæ novæ in auctores veteres et recentiores IV (1744) 324: Huic jam editioni exadversum tituli frontem præscripsit M. Gudius sequentia: „Contuli cum Gottorpiensibus quingentorum, ut videbantur, annorum membranis quæ præter Instituta quattuor voluminibus digestorum libros cum prolixis commentariis exhibebant. Fuere olim Monachorum Carthusiensium in domo montis B. Mariæ prope Argentinam: servantur hodie in Bibliotheca Aulica Gottorpii Cimbrorum"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin. n. 1. — — Cat. Möllmann. n. 165—170. — Ulrich Petersen: Specificatio lin. 1. — In superiore et inferiore parte tegumenti signatura bibliothece Gottorpiensis litteris C. A. ↄ: Christian Albrecht ornata).

Litt. Bibliotheca Marquardi Gudii (1706) 515 n. 82. — Miscellaneæ observationes criticæ novæ in auctores veteres et recentiores V 321, VI 539, VII 645. — E. Schrader: Corpus

iuris civilis (1832) XIX. — Zeitschrift des Vereins für Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte XIV 11.

Gl. kgl. S. 395 fol. membr., sæc. XIII, ff. 331, cm. 37,7×24. Litt. init. — f. 331: „Petrus faber alias fauuel clericus scripsit".
f. 1—87: *Institutiones.*
f. 88—233': *Nouelle.*
f. 234—261: *Constitutiones feudorum.*
f. 261—331: *Libri 3 posteriores codicis Justiniani.* Omnia cum glossa.
Prov. Italia. — *Poss.* Bibl. Gottorp. (Signatura bibliothece Gottorpiensis in superiore et inferiore parte tegumenti litteris C. A. ɔ: Christian Albrecht ornata. — Cat. Pechlin. n. 1. — Ulrich Petersen: Specificatio lin. 2).
Litt. Zeitschrift der Gesellschaft für Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte XIV 11.

Thott 326 fol. membr., sæc. XIII, ff. 262, cm. 38,5×25. Litt. init. hist. Tegum. uetus. Liber in fine mancus.
f. 1—262': *Pandecte* (Lib. I—XXIV 1. 32) cum glossa.
Prov. Italia. — *Poss.* Lucas Langermannus. (Nomen in interiore parte tegumenti inscriptum). — Michael Richey. (In interiore parte tegumenti: „Michael Richey 1728". — Bibl. Richey IV 416 n. 1). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 304 n. 326).

Gl. kgl. S. 3546 8vo membr., sæc. XV, ff. 328, cm. 12,5×9,7. In fol. 1 et fol. 228 sunt picture. Litt. init. cum ornam. Codex mutilus. Tegum. uetus.
f. 1—227': *Institutiones* (Lib. I—IV 18. In fine mancus).
f. 228—312': *Speculum Saxonum. Versio uulgata* (Lib. I—III 77). „Deus, qui est principium et finis omnium bonorum operum × quia ipsum diucius eum agrum ////".
f. 313—328: *Tituli legales Digesti ueteris.*
Prov. Germania.
Litt. Bruun 212.

Gl. kgl. S. 398 fol. Duo uolumina. chart., sæc. XV (uol. II f. 299: „Explicit secunda pars repertorii domini Gentilis anno Domini 1470 27. die mensis Julii: Sixtum Mayr"), uol. I ff. 406, uol. II ff. 299, cm. 40,5×29,5. Litt. init. Tegum. uetus.

„ANTHONIUS DE GENTILIBUS": *Repertorium iuris.* „Quia apud antiquos laudabilis consuetudo cepit × Zizania mixta tritico . . ." *Prov.* Germania. — *Poss.* Wicke Knobelauch. (In interiore parte tegumenti [sæc. xv]: „Wicke Knobelauch"). — Adolfus Knobelauch. (In interiore parte tegumenti [sæc. xvi ineunt.]: „Ex libris Adolfi Knobelauch J. U. doctoris". — In folio preligato: Insignia possessoris, vid. tabulam II n. 5—6).

Thott 359 fol. membr., sæc. xiv, ff. 137, cm. $39{,}_5 \times 23{,}_5$.

f. 1—7': „*Summa magistri* TANCRETI *de ordine iudiciario.* Sedulis adortationibus tuis reuerentissime socie × Explicit summa magistri T. Aretini".

f. 7'—12: „*Summa magistri* B. *de hiis, que ad frequentem usum causarum sunt neccessaria.* Scientiam omnes naturaliter apetunt × ita esse est uerum". (Eadem summa in codice Musei Britt. 11 C VII signato inuenitur).

f. 12—19: „*Summa correcta per magistrum* R[AYMUNDUM DE PENNAFORTE] *de sponsalibus et matrimoniis.* Quoniam frequenter in foro penitentiali dubitationes circa matrimonium × non inuidenti animo sed benigno corrigat et emendet. Explicit summa matrimonii magistri Raymundi".

f. 19—33: „*Ordo iudiciarius a magistro* TANCRETO BONONIENSI *editus et per magistrum* BARTHOLOMEUM BRICCIENSEM *reformatus.* Quoniam ad imitationem maiorum in minimis correctio facienda, idcirco ego Bartolomeus Brixiensis libellum iudiciarium quondam a Tancreto compositum duxi pro uiribus reformandum × articulis in presenti opusculo comprehensis ad rudium instructionem breuiter dixisse suficiant".

f. 33'—76: „*Libellus compositus a* RANFREDO BENEUENTANO *in iure canonico.* Super actionibus omnibus compositi sunt libelli × quod michi iuris canonici scientia non ministrat ut alias ff. de acquirenda possessione quamuis".

f. 78—111': „*Libellus de ordine iudiciorum compositus a* ROFFREDO BENEUENTANO *iuris ciuilis professore,* in quo opere continetur qualiter concipiatur libellus et fiant confessiones et de natura cuiuslibet actionis poterunt studentes inuenire. Si considerarem ingenium et scientie proprie facultatem × et con. l. si fundus et l. hec distinctio".

f. 112—134': PILLIUS MODICENSIS: *Questiones auree.* „Bononienses dum querimoniam de Ferrariensibus deferrent × quia

iste potuit ignorare debitorem soluisse. Expliciunt questiones Pilyi".

f. 135—135': ROFFREDUS BENEUENTANUS: *De bonorum possessione.* „Cum essem Aricii attentus in studio × diligenter et breuiter ad preces meorum sociorum tractaui Roffredus".

f. 136: „*Tractatus de interesse secundum Azonem.* De interesse sepius quesitis × nec ultra duplum rei ullo modo existimetur. Az".

f. 136—137': *Questiones nonnulle secundum Odofredum.*

Prov. Italia. — *Poss.* Johannes Duchatel. (f. 1 et iterum f. 137': „Ceste lecture a este de feu messire Jehan du Chastel euesque de Carcassonne. M. Bertandi notaire"). — f. 1 signatura: „Soixante huit"; cf. signaturas in codicibus Gl. kgl. S. 193, 194, 197, 198 fol. — In folio preligato inscriptum est: „Continentur Summa Magistri Tancreti (claruit anno 1220) de ordine judiciario etc. Libellus de ordine judiciorum . . . ." eadem manu, que in preligato folio codicis Thott 160 fol. signat scripsit. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 306 n. 359).

Litt. Delisle: Le cabinet des manuscrits III 393.

Ny kgl. S. 639 8vo membr., sæc. xv, ff. 108, cm. 17,1×11,8. Litt. init.

f. 1—39: „FRANCISCUS DE PLATEA DE BONONIA": „*Tractatus de usuris*". „Usura primo scilicet in contractu mutui × mutuum date nil inde sperantes".

f. 39'—105: FRANCISCUS DE PLATEA: *De restitutionibus.* „Restitucio. Primo, utrum restitucio sit de necessitate × non est absoluendus. Hec Monaldus".

f. 105'—106: *Forme absolutionum.*

f. 106': „*Recepta optima de unguento*", Italica lingua scripta.

f. 107: *Questiones iuridice.*

Prov. Italia. — *Poss.* E. Crawshaw. (In interiore parte tegumenti: „Ex libris E. Crawshaw"). — Sir Thomas Phillipps. (f. 1: „Phillipps Ms 6334"). — Empt. Londinii anno 1920.

Ny kgl. S. 1824 fol. chart., sæc. xv, ff. 280, cm. 43,5×28,5. Tegum. uetus.

f. 1—10: *Registrum.*

f. 11—259: „*Practica noua composita per famosissimum nec non eximium legum doctorem* JOHANNEM PETRUM DE FERRARIIS, *filium quondam egregii doctoris domini Augustini*

ciuis inclite ciuitatis Papiensis". „Quoniam uita breuis et incerta × imperatores ff. de app. cum similibus etc."
Prov. Italia. — *Poss.* Empt. Lipsie anno 1920.

Gl. kgl. S. 192 fol. membr., sæc. IX, ff. 332, cm. 29,4×21,5.
f. 1—106: DIONYSIUS EXIGUUS: *Codex canonum ecclesiasticorum.*
f. 1—5': „*Canones apostolorum*".
f. 5'—13: „*Constitutio et fides Niceni concilii cum subditis capitulis suis*".
f. 13—17: „*Regule Ancyrani concilii*".
f. 17—18': „*Canones concilii Neocesariensis*".
f. 18'—22: „*Regule Gangrensis concilii*".
f. 22—27': „*Regule Anthioceni concilii*".
f. 27'—32: „*Textus canonum concilii Laudicensis*".
f. 32—34': „*Canon concilii Constantinopolitani*".
f. 34'—39': „*Textus Calcedonensis concilii*".
f. 39'—46: „*Constitutio et fides eiusdem concilii*".
f. 46—52: „*Canones concilii Sardicensis*".
f. 52—62: „*Canones sinodi Carthaginensis*".
f. 63—97: „*Canones conciliorum diuersorum Africane prouincie numero CV*".
f. 97—106: „*Sinodus Ephesina*".
f. 107—232': „*Epistole decretales pontificum*".
f. 107—113: „*Epistola decretalis pape* SIRICII".
f. 113—141: „*Constituta pape* INNOCENTII".
f. 141—143': „*Constituta* ZOSIMI *pape*".
f. 143'—147': *Decreta* BONIFACII *pape.*
f. 147'—158: „*Decretalia pape* CELESTINI".
f. 158'—185: „*Pape* LEONIS *decreta*".
f. 185—191': „*Regule pape* HILARII".
f. 191'—193: „*Constituta pape* SIMPLICII".
f. 193—196': „*Constituta pape* FELICIS".
f. 196'—205': „*Decreta pape* GELASII".
f. 205'—209': „*Epistola pape* ANASTASII".
f. 209'—222: *Decreta* SYMMACHI *pape.*
f. 222—229: *Decreta* HORMISDE *pape.*
f. 229—232': *Constituta* GREGORII *pape.*
f. 232' [manu paulo recentiori]: „Factus est hic liber in anno XXXVII regnante domino Karlo imperatore".
Prov. Gallia. — *Poss.* F. Lindenbrog. (f. 232': Due note manu F. Lindenbrogii scripte: „Ita in calce libri sancti Germani

Parisiis in suburbio". „Explicit fidelis homo omnibus". f. 49: Nota in margine manu eiusdem scripta. — f. 1 in ima margine rasura, ut sepius in codicibus ab Lindenbrogio ex bibliothecis Gallie ablatis). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrogii n. 67. — Cat. N. Heinsii n. 60).

Gl. kgl. S. 1617 4to membr., sæc. XII, ff. 173, cm. 24×15,5. Tegum. uetus, cui fragmentum ms. Hebraici adligatum est. Codex olim liber catenatus erat.

f. 1: *Excerpta ex epistolis* PELAGII *pape atque* NICHOLAI *pape.*

f. 1'—2': *Epistola* LEONIS *pape in synodo legenda.* „Fratres presbyteri, sacerdotes Domini × bonis studeatis operibus adimplere prestante Domino . . ." (Migne PL 115. 676).

f. 3: *De prophetis.* „Heliseus propheta ex tribu Ruben natus est × Abacuc propheta, qui interpretatur amplexans uel luctator fortis, in pace mortuus est".

f. 3'—157': BURCHARDUS *Wormaciensis episcopus: Decretorum libri XX.* „In nouo autem testamento × in camino ardenti inlesa uiuere non potuerunt". (Migne PL 140. 549).

f. 157'—172': *Varia ad ius ecclesiasticum spectantia.*

Prov. Germania. — *Poss.* Ecclesia s. Martini Mindensis. (f. 1 [sæc. XII]: „Liber pertinet ecclesie sancti Martini"; f. 173 [sæc. XII]: „Hoc ordine seruient uillici sancti Martini. Dominica ante natale Domini, in qua fuerit festum sancti Thome, incipit seruire uillicus de Egisbergen per tres septimanas. Villicus de Nienburc duabus. Villicus de Didingehusen una. Villicus de Honrothe una, in qua contingit Purificatio. Villicus de Menninghufen usque ad depositionem carnium. In depositione carnium uillicus in Minda unam. In dominica Inuocauit uillicus de Hegisbergen tres. In dominica Letare uillicus de Nienburch duas. In dominica Palmarum uillicus in Scapeuelle duas. In dominica Quasi modo geniti uillicus de Honrothe unam. In dominica Misericordia uillicus de Egisbergen tres. Villicus de Honrothe unam, in qua sunt rogationes. In dominica Exaudi Domine uillicus de Nienburch duas . . .").

Thott 158 fol. membr., sæc. XII, ff. 144, cm. 28×17. Litt. init. cum ornam.

IUO *episcopus Carnotensis: Panormia.*

f. 1—8: Prologus. „Exceptiones ecclesiasticarum regularum × de omni genere mendacii".

f. 8—142: Panormia Iuonis. „Credimus unum Deum × uel ultimis suppliciis feriri". (Migne PL. 161. 1045—1338).

f. 142—144' [eadem manu script. et sine intermissione]: „De illis, qui perseuerant in malicia sua usque in finem". „De preuaricatione Salomonis". „De emendatione Nabuchodonosor". „De penitentia Ahab". Epistola Alexandri II pape ad episcopos, clericos, iudices Italie de modo computandi gradus consanguinitatis. (Migne PL. 146. 1379).

Prov. Gallia. — *Poss.* Ex penu bibliopole Th. Osborne. (f. 1: Nota pretii: „3. 3. 0"). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 289 n. 158).

Thott 555 4to membr., sæc. XII, ff. 150, cm. 34×17,5. Codex ab initio mancus.

f. 1—150: *Collectio, que Tripartita dicitur.* „///// XL. Ut clerici nuptialia uitent conuiuia, ne sacer uisus obtutus pollui possit. Presbiteri, diacones, subdiacones uel deinceps × nullum supplicantibus ferre remedium". (cf. Paul Fournier: Les collections canoniques attribuées à Yves de Chartres. Bibliothèque de l'école des chartes LVII (1896) 645).

Prov. Gallia. — *Poss.* Claude Dupuy. (f. 1: „Constitutiones diuersorum conciliorum Cl. Puteani". Codex noster quidem in inuentario ex anno 1595 non reperitur. (H. Omont: Inventaire des manuscrits de Claude Dupuy (1595). Bibliothèque de l'école des chartes LXXVI (1915) 526). — J. P. Ludewig. (Bibl. Ludewig. V 106 n. 534). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 409 n. 555).

Litt. Delisle: Le cabinet des manuscrits III 392.

Gl. kgl. S. 193 fol. membr., sæc. XIII, ff. 342, cm. 46,5×29. Codex picturis, litt. init., floratura splendide decoratus. Folia nonnulla mutilata.

Decretum GRATIANI *cum apparatu* BARTHOLOMEI BRIXIENSIS.

Prov. Italia. — *Poss.* Carolus, rex Neapolis. (f. 1: Arma eius, vid. tab. III n. 1). — Antonius du Prat, archiepiscopus Siluanectensis, cardinalis. (Arma gentilicia eius sepius in codice conspiciuntur, sed euidenter postea addita, vid. tab. III n. 2; f. 133 iuxta arma cardinalis sunt arma ignoti, vid. tab. III n. 3). — Quondam codex noster in eadem bibliotheca erat, in qua codices Thott 359 fol., Gl. kgl. S. 194, 197, 198 fol., ut docet signatura: „vingt cinq" in fol. 1. — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 93).

Litt. Bruun 118. — L. Delisle: Le cabinet des manuscrits III 393.

Gl. kgl. S. 194 fol. membr., sæc. XIII, ff. 324, cm. $41,_5 \times 25,_7$.
Decretum GRATIANI *cum glossa.*
Poss. Ut docet signatura: „quatre vingt cinq" in fol. 1 codex noster quondam in eadam bibliotheca erat, in qua Thott 359 fol. Gl. kgl. S. 193, 197, 198 fol. — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 94).

Thott 160 fol. membr., sæc. XIII, ff. 386, cm. $33,_3 \times 21$. Codex picturis et litt. init. cum ornam. decoratus.
f. 1—380: *Decretum* GRATIANI *cum apparatu* BARTHOLOMEI BRIXIENSIS.
f. 384—386: *„Libellus, in quo continetur sub breuibus uerbis tota uis decretorum, omnes cause et cuiuslibet cause questiones et cuiuslibet questionis solutio regulariter terminata"*.
Prov. Gallia. — *Poss.* Paulus Petavius. (f. 1: Signatura: „Y 32". In superiore parte tegumenti: Arma gentilicia et epigramma: „Non est mortale quod opto". In dorso: Monogramma Petavii). — In folio preligato inscriptum est: „Liber Decretorum Gratiani, distinctus in tres partes, cum glossis" eadem manu, que in folio preligato codicis Thott. 359 fol. scripsit. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 289 n. 160).
Litt. Bruun 119.

Gl. kgl. S. 196 fol. membr., sæc. XIII, ff. 182, cm. $33,_1 \times 21,_6$. Litt. init. cum ornam.
f. 1—181: *Compilatio tertia* INNOCENTII III. „Deuotioni uestre insinuatione × in abbates assumi. In fine operis quiddam affectionis ardore . . . Omnes autem qui in hoc opere continentur in registris eius a primo anno usque ad duodecimum noueritis contineri". *Glossa* TANCREDI *et aliorum.* „Post compilationem decretorum factam × discernitur manifeste Tancredus sancti Petri canonicus de Bononia".
Poss. Ecclesia beate uirginis Hamburgensis. (Bibl. capit. Hamb. 89 n. 1221). Empt. anno 1784 in auctione capituli Hamburgensis. (Serapeum XVIII 338).
Litt. Bruun 97.

Gl. kgl. S. 195 fol. membr., sæc. XIV, ff. 264, cm. $37,_5 \times 24,_2$. Codex in fine mancus.

f. 1'—2: *Registrum quinque librorum decretalium.*
f. 2': *Versus memoriales super titulis librorum decretalium.*
f. 3—217: *Decretalium* GREGORII IX *libri quinque cum apparatu* BERNARDI PARMENSIS.
f. 218—224: *Constitutiones* ALEXANDRI IV.
f. 224—224': *Constitutiones* CLEMENTIS IV.
f. 224'—225': *Constitutiones* URBANI IV.
f. 226—242': *Constitutiones* INNOCENTII IV.
f. 243—254': *Constitutiones noue* GREGORII X *cum apparatu* GARSIE HISPALENSIS, *quem anno Domini 1282 composuit.*
f. 255—264: *Constitutiones* NICHOLAI III *cum glossa.*
f. 264—264': *Constitutiones* BONIFACII VIII. [Bulla: „Clericis laicos" fine caret].
Poss. Fr. Rostgaard. (f. 3: Nomen manu sua scripsit. — Bibl. Rostg. 482 n. 369). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 95).

Thott 159 fol. membr., sæc. XIII, ff. 273, cm. 41×25,8. Codex picturis et litt. init. decoratus. Tegum. uetus.
f. 1—2': *Note multis manibus scripte. Registrum in quinque libros decretalium Gregorii IX pape*
f. 3—243': *Decretales* GREGORII IX *pape.* „Rex pacificus × homagium compellatur". *Glossa ordinaria.* „Gregorius. In huius libri principio quinque precipue sunt notanda × de pactis pactiones".
f. 244—253: *Decretales* INNOCENTII IV *pape.* „Cum in multis × auctoritate apostolica confirmamus". *Glossa* BERNARDI COMPOSTELLANI IUNIORIS.
f. 253—272': *Decretales* ALEXANDRI IV, GREGORII X, CLEMENTIS IV, INNOCENTII IV.
f. 273: *Varie note nullius momenti.*
Prov. Italia. — *Poss.* O. Thott. (Bibl. Thott. VII 289 n. 159).
Litt. Bruun 120.

Gl. kgl. S. 197 fol. membr., sæc. XIII, ff. 144, cm. 62×25,5. Litt. init. cum ornam. Codex in fine mancus.
f. 1—72: *Sextus liber decretalium.* Textus littera magna scriptus est; margines glossa carent.
f. 73—142: *„Apparatus VI libri decretalium per dominum* JOHANNEM ANDREE". „Quia preposterus ordo est × nouiter inchoatas. Jo. An."

f. 142': JOHANNES MONACHUS *cardinalis*: *Apparatus in Sextum librum*. „In Dei nomine. Secundum philosophum scire est × habens docendi periciam ////"
Prov. Italia. — *Poss.* Olivier du Chastel. (In foliis postligatis, que copias sæc. xv litt. continent, manu sæc. xv exeunt. inter alias probationes penne scriptum est: „Oliuier du Chastel", „Oliuier de castro"). — Codex noster postea in eadem bibliotheca erat, in qua Gl. kgl. S. 193, 194, 198 fol., Thott 359 fol., ut docet signatura in fol 2: „quatre vingt dix huit". — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 96).

Gl. kgl. S. 198 fol. Re uera tria manuscripta A, B, C, que iam sæc. xv in eadem bibliotheca erant.
A. membr., sæc. XIV, ff. 58, cm. 43×29,8. In prima pagina pictura et litt. init.
f. 1—58: *Clementine constitutiones premissa epistola* JOHANNIS PAPE XXII. JOHANNES ANDREE: *Apparatus ad Clementinas*. „Johannes. Graciosum hoc nomen × nos collocet cum electis".
Prov. Gallia. — *Poss.* Jean Duchatel, episcopus Carcassoniensis 1456—1475. (f. 1: „Ceste lecture des clementines a este de feu messire Jehan du Chastel evesque de Carcassonne. Bertandi notaire"). — f. 1: Signatura bibliothece eadem manu exarata, quam in Gl. kgl. S. 193, 194, 197 fol. uidimus. — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 96).
B. membr., sæc. XIV (f. 35: „1338"), ff. 35, cm. 43×29,8. Litt. init.
f. 1—35: GENCELLINUS DE CASSANEIS: *Apparatus super constitutionibus Clementinis*. „Reuerendissimo in Christo patri domino suo Arnaldo, Dei gracia sancti Eustachii dyacono cardinali, Gecellinus de Cassaneis inter utriusque iuris doctores minimus . . . Imperfectione in humana creatura × simpliciter hic canetur. Gecellinus. Explicit apparatus domini Gecellini de Cassauliis, iuris utriusque professoris, domini pape capellani, super constitutionibus Clementinis factis per dominum Clementem papam V et per sanctissimum patrem dominum Johannem papam XXII publicatis. Datum Auinioni 7. Idus Septembris anno a natiuitate Domini 1323, indictione 6. pontificatus sanctissimi patris domini Johannis diuina prouidentia pape XXII anno octauo . . . Scriptum Parisius anno Domini 1338 . . ."
Prov. Gallia. — *Poss.* Jean Duchatel. (f. 1: „Ceste lecture de Gencelin sur les clementines a este de feu messire Jehan

du Chastel evesque de Carcassonne. Bertandi notaire"). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 98).

C. membr., sæc. XIV, ff. 46, cm. 44×28. Litt. init. hist. et cum ornam.

f. 1—46': *Extrauagantes constitutiones* JOHANNIS XXII *pape*. GENCELLINUS DE CASSANEIS: *Apparatus ad Extrauagantes Johannis XXII.* „Reuerentissimo in Christo patri domino suo Arnaldo, Dei gracia sancti Eustachii dyacono cardinali, Jesselinus de Cassahnis iuris doctorum minimus . . . Deus ab eterno prouidens × si qualitercunque me errasse contigerit in eisdem. Jesselinus".

Prov. Gallia. — *Poss.* Jean Duchatel. (f. 46': „Ceste lecture de Gencelin sur les clementines a este de feu messire Jehan du Chastel evesque de Carcassonne. Bertandi notaire"). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 98).

Litt. Bruun 120. — L. Delisle: Le cabinet des manuscrits III 393.

Gl. kgl. S .200 fol. membr. et chart., sæc. XV (f. 1: „Anno Domini 1456 in pascha"), ff. 192, cm. 31×21,5.

f. 1—192: „MARTINUS *frater ordinis predicatorum*": „*Tabula Martiniana super decretum et decretales*. Inter alia, que ad fidelium Christi doctrinam scripta sunt × dyabolus inter cardinales discordiam facit. XII tit. VI. De electione. Licet".

Prov. Germania. — *Poss.* Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann. n. 318). Unacum codice Gl. kgl. S. 59 fol. ligatus erat hic codex.

Gl. kgl. S. 3461 8vo membr., sæc. XIV, ff. 143, cm. 15×9,4. Codex mutilus.

f. 1'—4: *Registrum.*

f. 4'—141': *Repertorium decreti.* „Abbas non ab episcopo ponitur, sed a monachorum congregatione eligitur × qualem quisque uxorem uult ////"

f. 142—143: *Versus super secunda parte decreti.* //// „ Altera, quod sanus habeat, quod deseruit eger | × | usu, doctrina tutum tu constituas te |" . . . „Ora pro fratre Johanne de Trebin, qui hunc librum scripsit".

Prov. Germania. — *Poss.* Joh. Gram. (Catalogus manuscriptorum J. Grammii n. 279: Instructio sacerdotum, codex membranaceus sec. XIV).

Gl. kgl. S. 1618 4to membr., sæc. XIII (f. 206: „1270“), ff. 207, cm. 22×14,3. Lit. init. Tegum. uetus.

f. 1—206: GOFFREDUS DE TRANO: *Summa super titulis decretalium.* „Glossarum diuersitas intelligentiam textus nonnunquam obtenebrat × malui repeti quam deesse. Explicit hec summa anno Domini 1270 mense Februarii regnante imperatore nullo neque papa, qui mortuus fuit anno Domini 1268“.

f. 206—207 [sæc. XV]: *Tituli librorum decretalium.*

Poss. Monasterium s. Johannis in Cismaria. (Signatura in exteriore parte tegumenti: „R 4“; signatura in folio preligato: „R xx“). — Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann. n. 174).

Gl. kgl. S. 1619 4to membr., sæc. XIV, ff. 257, cm. 20×13,5. Litt. init.

f. 1—256: „*Summa super titulis decretalium compilata a magistro* GOFFREDO DE TRANO, *domini pape capellano et subdiacono.* Glossarum diuersitas intelligentiam textus nonnunquam obtenebrat × malui repeti quam deesse“.

f. 256'—257: *Tituli librorum decretalium.*

Poss. Michael Schutten. (f. 257': „Liber iste Michaelis Schutten“; in charta parua membranacea adligata: „Liber Michaelis Schutten, presbiteri in ecclesia beate uirginis in Lubec“). — Monasterium s. Johannis in Cismaria. (In necrologio Cismariense sub 4. Nonas Maii: „Memoria domni Michaelis Schutten seruetur cum uigiliis et missa, qui contulit multos libros“). — Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann. n. 175).

Gl. kgl. S. 201 fol. chart., sæc. XV (f. 90: ⟨14⟩ „68“), ff. 90, cm. 31×21.

f. 1—90': „JOHANNES CALDERINUS“: *Tabula auctoritatum et sententiarum biblie cum concordantiis decretorum et decretalium.* „Seriem huius tabule continentis auctoritates et sententias biblie, prout in compilationibus decretorum et epistolarum decretalium inducuntur × Zyzania. Dicitur messoribus: Colligite zizaniam . . .“.

Prov. Germania. — *Poss.* Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann. n. 65).

Gl. kgl. S. 202 fol. chart., sæc. XV (f. 30': „1452“), ff. 56, cm. 31×20,5.

f. 1—30': JOHANNES CALDERINUS: *Tabula auctoritatum et sententiarum biblie cum concordantiis decretorum et decreta-*

lium. „Aaron post conflatum uitulum × Zyzania. Dicitur messoribus: Colligite zyzaniam . . . . Explicit . . . . anno Domini 1452 ipso die 10 000 militum martirum hora decima circa meridiem in Lubek . . . ."

f. 30'—32': „*Tabula compendiosa libri decretorum*". „Ad tocius libri decretorum completam intelligentiam nota utilem et breuem doctrinam infrascriptam. Liber decretorum distinctus est in tres partes × in ultimis duobus capitulis de spiritu sancto".

f. 32': „*Una pulchra questio de sanguine Jhesu Christi et breuis.* Videtur quod totus sanguis, quem in cruce effudit Christus × et per hoc patet ad obiectiones".

f. 33—56': *Tabula sententiarum Petri Lombardi.* „Abyssus. Nota quod materia quattuor elementorum × Ypostasis. De hoc nomine ypostasis l. I dist. 26. cap. I. Quod nos non dicimus tres ypostases et quomodo ibidem".

Prov. Germania.

Gl. kgl. S. 203 fol. chart., sæc. xv, ff. 20, cm. 28,7×20.

f. 1'—20: „*Singularia in causis criminalibus excellentissimi utriusque iuris monarche domini* Ludowici de Roma *posita ut sunt atque ordinata secundum ordinem titulorum quinti libri decretalium per dominum* Laurentium de Pallaczoliis *iuris utriusque Padue doctorem famosissimum*". „Aput omnes sane mentis homines × lege xxiii qu. v c. miles".

f. 20': „*Epitaphium Ludowici de Roma*". „| Si mille aut totidem rapuisses usque uirorum | × | Nemo parum uixit, cui bona uita fuit |".

Prov. Germania.

Ny kgl. S. 1823 fol. chart., sæc. xv (f. 490: „1427"), ff. 490, cm. 33,8×22,5. Codex in initio duobus foliis caret.

f. 1—490': Johannes de Imola: *Lectura super libro secundo decretalium Gregorii IX.* „//// in beneficio sancto . . . . Ut si clerici. Clericum conuictum uel confessum × Quia nobis. Per confirmationem . . . . uideatur transire cum opinione Frederici de Se. Finis est".

Prov. Italia. (f. 490': „Lectura domini Johannis de Ymola Bononie conscripta anno 1427"). — *Poss.* Johannes Clokereyme. (f. 490': „Est domini Johannis Clokereyme iuris doctoris". — Th. Muther: Die Juristen der Universität Erfurt im 14. und

15. Jahrhundert. Zeitschrift für Rechtsgeschichte IX (1870) 73). — Conuentus quidam in Erfordia. — Ludewig Bachmann. (H. Böhlau in Z. f. Rechtsgesch. X (1872) 310: „Einige Rechtshandschriften aus dem Handschriftenschatze seiner Bibliothek hat mein hochverehrter Herr College Herr Gymnasial-Director Dr. Ludewig Bachmann mir zur Einsicht zuzustellen die Güte gehabt: Es sind: 1. Cod. chart. fol. Früher in einer Erfurter Klosterbibliothek. Johannis ab Imola lectura über das 2. Buch der Decretalen Gregor's IX"). — H. Böhlau (ut docent note eius codici adiacentes). — Empt. Lipsie anno 1920.

Thott 161 fol. membr., sæc. xv, ff. 342, cm. 38,3×27,5. Litt. init. hist. et cum ornam. Tegum. chart. sæc. xviii.

f. 1—342: Henricus Bouhic: *Distinctiones primi et secundi libri decretalium.* „Venerabilibus et discretis uiris doctoribus, licentiatis, bacalariis et aliis scolaribus auditorium suum lecture decretalium de mane Parisius intrantibus Henricus Bouhic Leonensis dioceseos in Britania × in glosa allegata. Henricus Bohic de Britania utriusque iuris doctor. Et sic est finis huius libri".

Prov. Germania. — *Poss.* Ex eadem bibliotheca ex qua Thott 54 fol. (f. 1: Arma primi possessoris sæc. xv, vid. tab. III n. 4, cf. tab. I n. 4). — f. 1: Arma alius possessoris sæc. xv super quibus mitra episcopalis. (vid. tab. III n. 5). — I. P. Ludewig. (In interiore parte tegumenti note manu eius scripte. — Bibl. Ludewig. V 100 n. 522). Codex Thott 54 fol., qui simili tegumento chartaceo tectus est, etiam ad I. P. Ludewig pertinuit. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 290 n. 161).

Litt. Bruun 211.

Thott 556 4to chart., sæc. xv (f. 215' et sepius: „1456"), ff. 253, cm. 21,5×14. Tegum. uetus.

f. 1—215': Johannes Andree: *Glossa in librum Sextum decretalium.* „Quia preposterus est ordo × Explicit de uerborum significatione et tocius Sexti decretalium apparatus anno Domini 1456 feria 2. post festum purificationis beate Marie uirginis. Lector parcat scriptori, quia adhuc in iure modicum tritus forte plura scripserat in hoc uolumine minus recte. Suppleat peritia legentis etc. Et hec breuia collecta reportata sunt sub quodam

uenerabili et egregio uiro domino Henrico Bekelin utriusque iuris eximio doctore, qui obiit Rostok anno quo supra infra octauas corporis Christi, cuius anima in Christi pace requiescat Amen".

f. 216—216': *Registrum.*

f. 217—246: JOHANNES ANDREE: *Apparatus super regulis iuris libri Sexti.* „Non est nouum × iam licet nouiter inchoatos. Jo. An. Explicit apparatus Johannis Andree super regulis iuris libri Sexti finitus anno Domini 1456 in profesto sancti Gregorii pape. Parcat lector ruditati stili, quoniam scriptor iuris imperitus . . . ."

f. 246'—247': *Registrum.*

f. 248—253: „*Casus Clementinarum constitutionum.* Abbates. Maior prelatus pro membris suis × secundum acta cause. Expliciunt casus Clementinarum constitutionum anno Domini 1456 in octauis sancti Martini episcopi et confessoris per me Ingeualdum Johannis presbyterum dyoceseos Nidrosiensis".

Poss. Ingeualdus Johannis. — Monasterium sancte sedis [Helgesæter] Nidrosie. (In folio preligato: „Liber iste est sancte sedis, quem scripsit uenerabilis pater Ingeualdus eiusdem loci prior. Eius anime Deus propicietur". [cf. Chr. Lange: De norske Klostres Historie i Middelalderen 225]. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 409 n. 556).

Thott 162 fol. chart., sæc. xv, ff. 450, cm. $28{,}5 \times 11$. Liber mutilus atque in initio et in fine mancus.

Apparatus super libro Sexto decretalium.

Prov. Germania. — *Poss.* O. Thott. (Bibl. Thott VII 290 n. 162).

Thott 360 fol. membr., sæc. xv, ff. 118, cm. $46 \times 32{,}5$.

f. 1—118: PETRUS DE ANCHARONA: *Repetitiones super regulis iuris libri Sexti.*

f. 1—7: Super reg. I. Beneficium ecclesiasticum. „Solent iurecomendati, cum materia utilis et cottidiana × dic ut ibi dixi Petrus de Ancarano".

f. 7—19': Super reg. II. „Possessor male fidei. In repetitione huius regule utilis et famose × que subicio correctioni cuiuslibet sentientis maxime dominorum theologorum et domini mei domini Guaspari de Calderino re et fama decretorum doctoris

excellentissimi militis et comitis palatini. Repetitum fuit istud capitulum per me Petrum de Ancarano, minimum utriusque iuris doctorem in hac felicissima ciuitate Bononie, studiorum matre 1291 ⟨!⟩ 3. die Januarii . . .".

f. 19'—34: Super reg. III. „Sine possessione. In repeticione huius regule retinebo ordinem × Repetitum per me Petrum de Ancarano iuris utriusque doctorem in magnifica atque alma ciuitate Bononie, studiorum matre, ibi regentem cathedram Sexti et Clementinarum anno Domini 1398 die 21. mensis Februarii".

f. 34—53': Super reg. IV. Peccatum non dimittitur. „In Christi nomine. Amen. Breuem summam omnium, que dixi in hac repetitione regule peccatum hic inserere × repetii eam Pisis, ubi erat iam sacrum consilium congregatum et in scriptis postea Bononie redegi anno Domini 1412 die tertia mensis Junii. Ego Petrus de Ancharano utriusque iuris doctor ad correctionem et supplecionem cuiuslibet melius sentientis".

f. 53'—70': Super reg. V. „Summa omnium, que diffusa sunt in repetitione regule peccati uenia non datur nisi correcto × Et circa hoc adde quod dixi in dicta X questione ad finem. Et ita hic ego finem facio ad laudem et gloriam Dei et saluatoris nostri Domini Jhesu Christi. Completa die 10. Octobris hora 22. 1412 per me Petrum de Ancharano, minimum utriusque iuris doctorem Bononie legentem".

f. 70'—95: Super reg. XXVI. „Ne repetitionis prolixitas te lectorem perterreat, sed delectet × Repetita dicta regula per me Petrum de Ancarano, minimum utriusque iuris doctorem regentem cathedram Sexti et Clementinarum in regia atque alma ciuitate Bononie, studiorum omnium uera matre, 1400 de mense Decembris die beate Lucie uirginis et martiris gloriose".

f. 95—118: Super reg. XLII. „Summarium fore omnium, que tanguntur plene et utiliter in repetitione huius capituli Accessorium per me minimum Petrum de Ancharano utriusque iuris doctorem × prosequar in aliis regulis suffragante gracia Domini nostri Jhesu Christi . . .".

Poss. I. P. Ludewig. (In interiore parte tegumenti nota manu Ludewigii scripta. — Bibl. Ludewig. V 101 n. 523. Simili tegumento quo Thott 54 fol. et Thott 161 fol. codex noster tectus est). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 306 n. 360).

Thott 157 fol. chart., sæc. xv (f. 259: „1433"), ff. 259, cm. 29,4 ×20. Litt. init. Tegum. uetus.

f. 1—259: „*Lectura domini* JOHANNIS DE YMOLA *utriusque iuris doctoris famosissimi super Clementinas.* Abbates. Glossa summat et diuidit. Clementina diuiditur in duas partes × casus est ff. depositi l. bona fides. Et sic est finis Deo gracias. Amen. Anno Domini 1433 28. mensis Augusti finitum et completum per me Johannem Dorenborch de Groalo".

Prov. Belgium. — *Poss.* Hermannus Drooem, decanus ecclesie beate Marie Traiectensis. — Monasterium montis Domine in Isselstein ord. Cist. (In folio preligato [sæc. xv]: „Liber monasterii montis Domine in Yselsteyn, quem eidem monasterio legauit uenerabilis dominus et magister Hermannus Drooem, decretorum doctor et decanus ecclesie beate Marie Traiectensis". — cf. G. J. Hoogewerff: Noord-nederlandsche verluchtingskunst en een oude kloosterbibliotheek. Het Boek XI (1922) 219). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 289 n. 157).

Gl. kgl. S. 204 fol. chart., sæc. xv (f. 36': „1460"), ff. 36, cm. 28,8×20,2.

f. 1—31: *Casus summarii Clementinarum.* „Sacrosancte. Bonifacius in libro isto, quem Sextum nominandum duxit × domestici commensales".

f. 31'—36': „*Casus summarii Clementinarum*". „De rescriptis. Abbates. Maior prelatus × procedere de plano et simpliciter hic cauetur".

Prov. Germania.

Ny kgl. S. 646 8vo membr., sæc. XIV, ff. 248, cm. 16,5×12,2.

f. 1 [sæc. xv]: *Note uarie.*

f. 2—2': „*Capitula totius summe de casibus*".

f. 2'—20': *Tituli summe de casibus.*

f. 20'—22' [sæc. XIV et xv]: *Note uarie.*

f. 23—248': RAYMUNDUS DE PENNAFORTE: *Summa de casibus.* „Quoniam, ut ait Jeronimus, secunda post naufragium tabula × corrigat et emendat".

Poss. Palmer. (In folio preligato: „Bibliotheca Palmeriana Londini 1747"). — Empt. Londinii anno 1921.

Thott 223 8vo membr., sæc. XIV, ff. 247, cm. 15,5×10,8. Litt. init.

f. 1—9': *Registrum in summam Raimundi.*

f. 11'—149': *Summa* RAIMUNDI DE PENNAFORTE *cum apparatu* GUILLELMI REDONENSIS. „Quoniam inter crimina ecclesiastica

symoniaca heresis primum optinet locum id est maximum. W. Crimina ecclesiastica, quorum cognitio pertinet ad ecclesiasticum iudicem × uoluntarias uero debet perdere. Explicit summa Remundi".

f. 150—161: *Registrum in Excerptum summe Gaufridi.*

f. 162—241': „*Excerptum summe* GAUFREDI" DE TRANO. „De constitutionibus. Licet hoc uerbum constitucio ad omnes decretales × faciunt indulta ualere".

f. 241'—245: *Registrum.*

f. 245'—246: „*Tituli librorum summe Gaufredi*".

f. 247': „*Versus de titulis summe Gaufredi*".

Poss. Baldwinus, abbas monasterii s. Michaelis in Luneborch 1419—1441. (In interiore parte tegumenti [sæc. xv]: „Liber domini Baldwini prioris monasterii sancti Michaelis in Luneborch"). — Christianus Grüneberg. (f. 10: „Christianus Grüneberg subconrector Michaelis anno 1655 pridie pentecostes"). — O. Thott. (Bibl. Thott VII 519 n. 223).

Ny kgl. S. 1803 fol. Duo uolumina, membr. et chart., sæc. xv (uol I f. 398': „1464"), uol. I ff. 398, uol. II ff. 567, cm. 32×21. Litt. init.

ASTEXANUS DE CIUITATE ASTENSI: *Summa de casibus.*

Prov. Germania. (uol. I f. 398': „Adest finis huius quinti libri per me Martinum Dwanck de Elwang anno Domini 1464 sexta feria proxima post Martini"; uol. II f. 567: „Explicit summa Astensis de casibus, finita Erffordie"). — *Poss.* Ecclesia s. Leodgarii Lucerne. (uol. I f. 2: „Pertinet ad coll. ecclesiam s. Leodgarii Lucerne", cf. uol. II f. 1). — J. Carnaby. (In interiore parte tegumenti uoluminis I: „From J. Carnaby Esquire Collection"). — Empt. in Anglia 1920.

Ny kgl. S. 1790 fol. chart., sæc. xv, ff. 136, cm. 36×27.

f. 1—128: FREDERICUS PETRUCCIUS DE SENIS: *Questiones, consilia, responsa, collationes.* „Questio disputata per prefatum dominum Fredericum in studio Paduano. Ad episcopum et capitulum pertinet communiter collationem prebende × uel que requirant speciale mandatum de offi. le. quod translatus ad idem de procur".

f. 131—136: *Registrum.*

Prov. Italia. (f. 136: „Rodelfus dictus de Montfort scripsit hec consilia Frederici de Senis Padue tunc eo commorante". —

Ibidem manu paulo recentiori: „Pro dugatis 7. In studio Patauino"). — *Poss.* Hilbrandus Brandenburg de Bibraco † 1514. (Folio 1 adglutinata est parua schedula chartacea, in qua figura xylographica illuminata exhibens angelum scutum cum armis Hilbrandi portantem. — cf. F. Warnecke: Die deutschen Bücherzeichen (1890) 7. — Leiningen-Westerburg: Deutsche und oesterreichische Bibliothekszeichen (1901). — Exlibris. Buchkunst und angewandte Graphik (1909) 133, (1911) 102. — Carl Sonntag: Kostbare Bucheinbände (1912) 4). — Domus Carthusiensium in Buchshaim. (f. 1 [c. 1500]: „Liber Cartusiensium in Buchshaim prope Memmingen proueniens a confratre nostro domino Hilprando Brandenburg de Bibraco continens consilia domini Frederici de Senis. Oretur pro eo et pro quibus desiderauit"). — Empt. anno 1920 Lipsie.

Thott 965 4to chart., sæc. xv, ff. 118, cm. $21,_5 \times 14,_6$.

f. 2—118': „*Tractatus de contractibus et usuris secundum predictum fratrem* BERNARDINUM DE SENIS, et primo ponitur ordo dicendorum in materia dictorum contractuum et usurarum. Sabbato post terciam dominicam in quadragesima. De origine dominiorum et rerum translatione. Vide et amplius noli peccare.' Joh. 8. et in euangelio hodierno: A caritate × Qui demum omnium bonorum premium dat benedictus Dominus Jhesus Christus . . . ." [Codex noster textum copiosiorem prebet quam Hain n. 2835].

Prov. Italia. — *Poss.* Johannes Angelus, dux ab Altaemps. (f. 1: „Ex codicibus Joannis Angeli ducis ab Altaemps"). — O. Thott. (Cat. Thott VII 431 n. 965).

Gl. kgl. S. 205 fol. chart., sæc. xv (f. 194: „1431"), ff. 234, cm. $28,_4 \times 20,_6$. Codex mutilus. Tegum. uetus.

f. 1—88': *Sermones.* „De sancto Georreo. Labora ut bonus miles. Ad Timoteum 2. Ista uerba possunt predicare de sancto Georgio × qui est spes et chorona certantium. Verumptamen oratores /////".

f. 89'—90: „*De conuersione Marie Magdalene.* Conuersionem beate Marie Magdalene Ysidorus de ortu et obitu sanctorum narrat dicens: Fuit in Jherusalem uir quidam nobilis de stirpe regia nomine Lazarus × fidelibus retulerunt ad laudem et gloriam nominis eius, qui est benedictus in secula seculorum". (Bibl. hag. Lat. n. 5452).

f. 90: *De s. Maria Magdalena.* „Nota, aliqui uolunt, quod Maria Magdalena non peccauit ╳ in uirum alterum".

f. 90': „*De sancta Barbara.* Passio sancte beate Barbare uirginis. Hec unica filia Dioscori fuit ╳ post multas passiones".

f. 91—163: *Sermones.* „De sancto Andrea. Venite post me ╳ et dabo tibi coronam uite. Ad quam nos perducat . . . .".

f. 163—166': „*Tractatus de sacramento eucharistie*". „Petiuistis a me ut uobis aliqua remedia contra defectus, que circa celebracionem misse et eukaristie sacramentum ╳ qui ad celestem Jherusalem desiderat peruenire".

f. 166'—183: „Reynerus *episcopus Nemensis*": „*Aurea summa pro informatione clericorum ac presbiterorum.* Quoniam in sacramentorum collacionibus et animarum regimine cautela multiplex et diligentia debet adhiberi neccessario, idcirco nos Reynerus pro miseratione diuina episcopus Nemensis ╳ et hec de Judeis dicta sufficiant".

f. 183—183': „*Rubrice et capitula et regule iurium Sexti decretalium*".

f. 184—184': „*Sermo de aliquo confessore.* Amauit eum Dominus et ornauit ╳ cum Maria".

f. 185—185': *De s. Seruatio episcopo Tungrensi.* „De uita beatissimi Seruatii episcopi et preconis nostri. Fama maiorum beatum hunc Seruatium descendisse ╳ se suaque omnia precibus beati Seruatii commendauerat".

f. 186'—189: *Tabule genealogice Testamenti ueteris.*

f. 191—194: „*Decretum abbreuiatum.* Prima de distinctionibus. In et sub planis ac breuibus uerbis ╳ ibidem de operibus monachorum. Explicit decretum abbreuiatum cum suis rubricis scriptum Rome per me Eylhardum de Henener clericum Mindensem 1431".

f. 194—197': „Johannes de Lignano": „*Tractatus de horis canonicis dicendis.* Ad honorem illius, cuius sunt opera ╳ uel uigilias mortuorum obligatur".

f, 197'—201': „Johannes de Lignano": „*Tractatus de pluralitate beneficiorum*". „Reuocatur in dubium cottidianum ╳ est multum bonum et sic est finis huiusmodi. Explicit tractatus de pluralitate beneficiorum editus per dominum Johannem de Lignano utriusque iuris doctorem in urbe Romana tunc excellentissimum iussu Urbani pape V postmodo canonizati".

f. 201'—202': *Tabula huius tractatus.*

f. 202'—210: „*Tractatus de materia permutationis beneficiorum*

cum suis questionibus et solucionibus earundem editus per famosissimum doctorem dominum FREDERICUM DE SENIS *abbatem Senensem*". „Quia circa materiam permutationum beneficiorum plura dubia cottidie occurrunt × unum detur nepoti meo".

f. 210—215': „*Tractatus de sponsalibus et matrimoniis secundum apparatum domini Raymundi.* Scriptum Rome". „Quoniam in foro ecclesiastico sepe occurrunt casus × causa breuitatis sufficiant".

f. 216—221: *Tractatus super Raymundi de Pennaforti summa de casibus* [?]. „///// heredes priuantur hereditate propter spurium uel suppositum, qui creditur filius et heres × sacerdos hec uerba uel equipollentia dicere secundum Raymundum . . . ."

f. 221—234: „GASPARUS *episcopus Frequentinus*". „*Tractatus de reseruationibus beneficiorum*". „Quo iure reseruat sibi dispositionem beneficiorum causarum cognitionem × cum dilectus etc."

Poss. Johannes Reddingk. (f. 1: „Liber Johannis Reddingk"). — Monasterium beate Marie et s. Johannis in Cismaria. (Signatura in tergo: „h. h. 7"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann. n. 118).

Ny kgl. S. 58 8vo membr., sæc. VII—VIII, script. litteris uncialibus, ff. 117, cm. $15{,}5 \times 11{,}5$. Codex ab initio et in fine mutilus; duo folia inter fol. 7 et fol. 8 desunt. Quaterniones quindecim sc. (IV—1) + (IV—1) ɔ: „qIV" + IV ɔ: „qV" + (IV—1) ɔ: „qVI" + 11×IV ɔ: quaterniones „VII"—„XVII". Habet coperturam de pergameno, in qua sunt inscriptiones: „canones penitentiales" et „78" iam medio euo exarate.

f. 1—1': „///// horum causa Dei iudicio reseruanda est, in cuius manus × de quibus diuino erit redditurus iudicio rationem".

f. 1'—35: „*Excarpsus de alias plures penitentiales et canones.* De uitiis gule uel aebrietatem × exinde aliquid abstulerint anathematis extigmate feriantur". (cf. Wasserschleben: Die Bufsordnungen der abendländischen Kirche 465—492).

f. 35—48: *Canones concilii Autissiodorensis.* „Sententia de canonice institutionis. Non licet Calendas Januarias in ueculas ambulare × et duo anni adhuc extra communicant". (cf. Migne PL 62.761; Monumenta Germaniæ historica. Leges. Sectio III Tomus I 179).

f. 48—52: „*De ministerio ecclesie et reliqua edificatione uel missas et diuersas neglegentias, de sancto sacrificio seo diuersis malis.* Pro bonis rebus × per ignorantiam communicauerit, 7 dies peniteat". (Wasserschleben 489).

f. 52—58': „*Excerta de canonibus sententie tantum ex libro Bracharnense Martini episcopi Gallacie de diuersa concilia.* Ut populus non elegant × excommunicatis communicauerit, deponatur". (cf. Migne PL 84. 574—586).

f. 59—60': „*De libro Conplutense. Ex concilio Niceno uel aliis conciliis.* Qui se absciderit × uel immolauerit, excommunicatur".

f. 60'—61: „*De concilio Urerelatense.* Clericus uxorem accipiat × presbiter non fiat".

f. 61—61': „*Ex consilio Jerundense.* Unus die infans natus × oratione Dominica dicatur". (cf. Migne PL 84. 313).

f. 61'—62': „*Ex senodo Hilardense.* Qui altario ministrant × Qui rebaptizati fuerint, 12 annis peniteant". (cf. Migne PL 84. 313).

f. 62'—65: „*Ex libro Cabrense. Ex concilio Liberritano.* Qui post baptismum × Femina ad uenationem non uadat". (cf. Migne PL 84. 301).

f. 65—66: „*Ex sinodo Tholitano.* Diaconus post ordinationem si filius × si cessauerit, communicat". (cf. Migne PL 84. 327).

f. 66'—68: „*Ex concilio Bracarense.* Omnibus ecclesie psallentibus × nec cantent populi".

f. 68: „*Ex concilio Ceregusto.* Die Dominico nullus ieiunet × ueletur deuota". (cf. Migne PL 84. 313).

f. 68—69': „*Ex concilio Aruennes Francie.* Episcopus, presbiter, diaconus propinquas uel extraneas mulieres × omne sabbato ieiunetur".

f. 69'—80': *Auctoritates patrum.* „De mortuis, quibus non prodest uiuorum miseratio, Agustinus ait × definimus ut eis 15 annis difinitum penitentiam agat".

f. 81—86: „*Inquisitio s.* HIERONIMI *presbiteri de penitentia.* 12 triduanas cum tres psalterio inpletus × qui in ipsa prouincia requirere uidentur". (cf. Wasserschleben 495).

f. 86'—117': „*Rescriptum beati Gregorii pape ad Agustinum episcopum, quem Saxonia in predicatione direxerat inter cetera et ad locum.* Perdilectissimus filius meus × in membris meis. Si enim captiuus erat /////" (Migne PL 77. 1183).

Prov. Hispania.

Gl. kgl. S. 1623 4to chart., sæc. xv, ff. 31, cm. 20×15. Pluribus manibus script. Inter f. 14 et f. 15 una quaternio uel plures desunt.

f. 1–3 [manu prima]: „*Aliqua statuta consilii prouincialis celebrati apud Suessionem anno Domini 1404 die uero Veneris 17. mensis Julii*".

f. 4–14' [manu prima]: „*Statuta synodalia lecta et declarata in synodo episcopali Tornacensi per reuerendum in Christo patrem dominum Guillermum episcopum Tornacensem celebrata in ecclesia sua Tornacensi feria tertia post dominicam Misericordia Domini die scilicet 4. mensis Junii anno Domini 1462*". [In fine manca].

f. 15—21' [manu sec.]: *Vidisse litterarum Amandi de Breui monte, sacre theologie professoris, decani ecclesie collegiate sancti Donatiani Brugensis dat. anno Domini 1419 die 23. mensis Septembris.*

f. 22–25' [manu tertia]: *Littere Petri V episcopi Cameracensis abbatibus, prioribus . . . ceterisque personis ecclesiasticis ciuitatis Cameracensis atque dioceseos anno Domini 1411 date.*

f. 26—26' [manu sec.]: *Statuta synodalia dioceseos Camaracensis, sine anno.* „Cum plures per negligentiam decanorum, curatorum et ipsorum uicegerentium × traditione crismatis moderate capiant".

f. 27—29 [manu sec.]: *Littere atque statuta Johannis V episcopi Cameracensis dat. anno Domini 1421 die 25. mensis Septembris.*

f. 30–31 [manu sec.]: „*Instructiones, quas uolumus obseruari inuiolabiliter ab hiis et maxime minus doctis, qui ad populum predicabunt sanctam crucem et officium signandi Christifideles commissum est.* In primis quia hec crucis predicatio × participes efficientur indulgentiarum concessarum a sanctissimo domino nostro papa Martino".

Poss. W. J. Coyet † 1709. (f. 1: „W. J. Coyet". — Cf. „Cat. manuscriptorum quæ in bibliotheca Coyettana reperta sunt" [Ny kgl. S. 2231^b 4to], in quo n. 24 in 4to tali modo describitur: „Ms. Latinum antiquum, lectu difficile, difficilius intellectu"). Bibliotheca Coyettana in Lyngbygaard in Scania in bello inter Danos et Suecos anno 1709 preda facta in Daniam transuecta est. Preter codicem Gl. kgl. S. 1623 4to signatum Bibliotheca Regia etiam alia manuscripta Coyettana possidet.

Gl. kgl. S. 1943 4to membr., sæc. IX, ff. 90, cm. 24×15.

f. 1—2: „*Capitula legis Salice*".

f. 2—25: „*Liber legis Salice*". „De mannire. Si quis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit × Si quis filiam alienam ad coniugium quesierit presentibus suis et puelle parentibus et postea se retraxerint et eam accipere noluerit, 2500 din., qui faciunt solidos 62½, cupabilis iudicetur".

f. 25'—26': „*Capitula legis Ribuariorum*".

f. 27—42': „*Lex Ribuariorum.* De ictu ingenuorum. Si quis ingenuus ingenuum × stabilis permaneat".

f. 42'—45: „*Capitula legis Alamannorum*".

f. 45'—64: „*Lex Alamannorum*, que temporibus Chlotharii regis una cum principibus suis id sunt 33 episcopis et 34 ducibus et 72 comitibus uel cetero populo constituta est. De liberis, qui res suas ad ecclesias tradunt. Si quis liber res suas × si seruus fuerit, 12 solidos soluat".

f. 64—67': *Sermo.* „Fratres karissimi, intellegimus quia per bonam uoluntatem et Dei amorem ad ecclesiam uenitis et audire uerba Dei et eius precepta cupitis × audire sententia desiderabile: Venite benedicti patris mei . . . . .".

f. 67'—70: *Formule epistolarum.* (Monumenta Germaniæ historica. Legum sectio V (1886) 522).

f. 70—82: *Formule chartarum.* (Ibid. 266).

f. 82—82': „*Oratio pro semetipso.* Domine Jhesu Christe gloriose conditor mundi × Sit nomen Domini benedictum. Miserere mei Deus".

f. 82': „*Oratio ad confessionem.* Confiteor Domine et tibi frater quia × ad uitam eternam. Amen".

f. 82'—83': „*Oratio sancti* AGUSTINI. Deus iustitie te deprecor × saluator mundi, qui cum patre . . . ."

f. 83'—84: „*Oratio sancti* GREGORII. Da mihi, Domine, confessionem, que tibi sit placita × quies et quietas et qui permanes in secula seculorum. Amen".

f. 84—84': „*Oratio sancti* HIERONIMI. Domine Jhesu Christe, qui me dignatus fuisti creare × et clamor meus ad te ueniat".

f. 84'—85: „*Oratio sancti* BENEDICTI. Quo fletu flere × delictum meum cognitum tibi feci et reliqua".

f. 85—86': *Capitulare Aquisgranense generale.* „Qui iuxta epistolam quamdiu in hoc seculo peregrinamur × seruanda

perdoceant". (Monumenta Germaniæ historica Legum sectio II. Tomus I (1888) 273).

f. 86'—91': *„Haec capitula propriae ad episcopos uel ad* [*or*]-*dines quoque ecclesiasticos pertinentia qualiter non solum obseruare, sed etiam sibi subiectis uel comissis facienda perdocere debent.* Quia iuxta sanctorum patrum traditionem × inserenda censuimus". (Ibid. 275).

f. 91'—95: *„Capitula, que legibus addenda sunt, que missi et comites habere et ceteris nota facere debent.* De honore ecclesiarum. Si quis aut leui causa × qualis ei conplacuerit". (Ibid. 281).

f. 95—96': *„Alia capitalia, que per se scribenda et ab hominibus obseruandas.* De forcapiis. Si mancipia dominos suos fugierint × emendare studeant". (Ibid. 287).

Prov. Gallia. — *Poss.* In imo margine fol. 96' rasura, ut sepius in codicibus, quos Fr. Lindenbrog ex bibliothecis Gallie abstulerat. — Fr. Lindenbrog. (Passim in codice note manu eius scripte. — Cf. Cod. legum antiquarum . . . . Ex bibliotheca Frid. Lindenbrogi J. C. Francofurti 1613). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 99. — Cat. Nic. Heinsii n. 84: „Leges Salicæ antiquissimæ, tria exemplaria". — Cat. Pechlin. n. 222. — Cat. Möllmann. n. 177).

Litt. Wilda: Beiträge zur Kunde und Kritik der älteren deutschen Rechts- und Gesetzbücher, vorzüglich aus nordischen Bibliotheken. Rheinisches Museum für Jurisprudenz VII (1835) 263. — Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VII (1839) 156, 749, 799. — J. M. Pardessus: Loi salique (1843) XLIII. — Monumenta Germaniæ historica. Leges III (1863) 5. — E. Rozière: Recueil général des formules usitées dans l'empire des Francs III (1871) 250. — Mon. Germ. historica. Leges V (1875 etc.) 199. — Lex Salica; edd. Hessels et H. Kern (1880) Intr. — R. Sohm: Lex Ribuaria et lex Francorum Chamavorum (1883) 23. — Monumenta Germaniæ historica. Legum sectio V (1886) 265, 522. — Mon. Germ. historica. Legum sectio I. Tomus V pars I (1888) 14.

Thott 327 fol. membr., sæc. XIII, ff. 183, cm. $24{,}_5 \times 16$.

f. 1—12: *Excerpta ex canonibus conciliorum Toletanorum.* „Cum studio amoris Christi ac diligentia religiosissimi Sisnandi regis Yspanie atque Gallecie sacerdotes apud Toletanam urbem

in nomine Domini in unum conuenissemus .... Primus titulus de electione principum et eorum acquisitis. Qualiter principes eligantur × De remuneratione collata fidelibus regum. .... Obseruantibus autem misericordia profluens, pax perpetua et gloria sempiterna contingat. Amen". (Fuero Juzgo (Matriti 1815) I).

f. 12—153': *Lex Visigothorum.* „De instrumentis legalibus liber primus. Titulus de legislatore. Quod sit artificium condendarum legum. × studiosus conseruare persistat". (Monumenta Germaniæ historica. Legum sectio I. Tomus I 38).

f. 153'—156': „*Decreta Adefonssi regis et Geloyce regine.* Sub era ML VIII Augusti in presentia regis domini Adeffonsi et uxoris eius Geloyce regine conuenimus apud Legionem in ipsa sede beate Marie omnes pontifices, abbates et optimates regni Hyspanie, ubi iussu ipsius regis talia decreta decreuimus, que firmiter futuris temporibus teneantur. × cum diabolo et angelis eius luat penas".

f. 156'—158: „*Decreta Ferdinandi regis et Sancie regine* et omnium episcoporum in diebus eorum in Yspania degentium et omnium eiusdem regni optimatum in era MLXXXXVIIII. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Ferdinandus rex et Sancia regina ad restauracionem nostre christianitatis fecimus concilium in castro Coianca in diocesi scilicet Ouetensi cum episcopis et abbatibus et totius regni nostri obtimatibus × et dignitate sua temporali sit priuatus".

f. 158—158': *Lex Visigothorum II. 2. 10.* „De his, qui negocia sua iudicialiter incipiunt finienda nullatenus pro eis inter se pascisci postea citra iudicium audeant. Si cepta canticum negocia × inter se pacificandos absoluat". (Ibid. 87).

f. 158'—160: *Lex Visigothorum IV. 2. 13.* „Ut post mortem matris filii in potestate patris permaneant tuendi, etiamsi nouercam pater superduxerit, et quid de rebus filiorum conueniat patri secundum superioris legis modum. In lege etenim anteriore × ad integrum sarcienda". (Ibid. 180).

f. 160: *Lex Visigothorum IV. 2. 17.* „De paruulo qualiter hereditatem capere possit. Interdum rem dubitationis × celeste lucrum ualeat obtinere". (Ibid. 184).

f. 160—160': „*De rebus uenditis qui per necessitatem seu per occasionem uendiderit uel pignus impresserit.* A multis cognouimus sepe miserorum × hereditas incupata".

f. 160'—161: „*Carta de Legione et de Carrione de foris illarum.* In Dei nomine. Ego regina donna Urraca, Adefonsi et Constancia regina prolis, non coata sed spontanea uoluntate et pro redemptione parentum meorum animarum do uobis tale forum, quale habuistis uos homines de Legionensi terra et de Carrione in tempore de rege Alfonso × Facta pagina 3. Non. Oct. Era 1147 ....“

f. 161'—178: *Vocabularius.* „A. littera. In omnibus gentibus ideo prior est litterarum pro eo quod ipsa prior nascentibus uocem uagiendo aperiat × Zelus, indignatio .....“.

f. 178'—183: „*Liber consuetudinum Palentine ciuitatis.* In nomine sancte et indiuidue trinitatis, que a fidelibus in unitate colitur et adoratur. Opus est pietatis × Facta carta in Rosorios de Fabam Aldea de Areualo era 1219 10. Kal. Sept. Et ego Raimundus secundus episcopus Palentinus hanc cartam, quam fieri mandaui, manu propria roboro et confirmo, et nos totum capitulum de Palencia hanc cartam roboramus et confirmamus. Et ego rex Aldefonsus cum regina Elionor regnans in Toleto et in Castella hanc cartam manu propria roboro et confirmo .... Raimundus notarius scripsit et signauit“.

Prov. Hispania. — *Poss.* W. A. Osten. (Bibl. Osten. (1764) 332 n. 9). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 327)

Litt. Wilda: Beiträge zur Kunde und Kritik der älteren deutschen Rechts- und Gesetzbücher vorzüglich aus nordischen Biblioteken. Neues Rheinisches Museum für Jurisprudenz VII (1835) 269. — Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VII (1839) 162.

Thott 303 8vo membr., sæc. xv, ff. 261, cm. 11×6,5. Tegum. uetus.

f. 1—6: *Registrum.*

f. 7—260': „*Summa de legibus consuetudinum Normannie.* Cum ineffrenate cupiditatis malicia × post submonitionem factam“. (E. J. Tardif: Coutumiers de Normandie II (1896) 2—341).

In foliis preligatis et postligatis fragmenta eiusdem summe eadem manu exarata.

Prov. Gallia. — *Poss.* Petrus Pithoeus [Pierre Pithou]. (J. P. de Ludewig: Reliquiæ manuscriptorum VII Præf. 50: Sed qui codex legum Normannicarum in litteraria mea supellectili?

Erant olim hæ membranæ Petri Pithoei, post obuenere Nicolao Josepho Foucault, comiti consistoriani in Gallia. Cuius bibliotheca cum Hagæ in Belgio uenerit sub hasta, inde ære meo illas redemi). — N. J. Foucault. (In interiore parte signatura: „Ex bibliotheca Nicolai Joseph Foucault"). — I. P. Ludewig. (Bibl. Ludewig. V 110 n. 545). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 523 n. 303).

Litt. I. P. Ludewig: Reliquiæ manuscriptorum VII (1726) 149. — E. J. Tardif: Coutumiers de Normandie II (1896) LVI.

CODICES PHILOLOGICI

Thott 164 fol. membr., sæc. XIV, ff. 201, cm. 31,3×21,5. In marginibus glosse diuersis manibus scripte.

f. 1—47: ARISTOTELES: *Metaphysicorum libri XIV interprete* GUILLELMO DE MOERBEKA. „Omnes homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum delectatio × mathematica a sensibilibus ut quidam dicunt, nec ea esse principia".

f. 47'—52': PSEUDO-ARISTOTELES: *Liber de causis.* „Omnis causa primaria plus est influens × non aquisitum, sicut ostendimus. Completus est".

f. 53—94': „*Liber physice* ARISTOTELIS. Quoniam quidem intelligere et scire contingit × nullam habens magnitudinem".

f. 95—114': ARISTOTELES: „*Liber de anima.* Bonorum honorabilium noticiam opinantes × significet aliquid alteri".

f. 114'—117: ARISTOTELES: „*De memoria et reminiscentia*". „Reliquorum autem primum considerandum est × Et de reminisci quidem quomodo sit et propter quas causas dictum est".

f. 117—117': „*De intellectu.* Intellexi quod queris sermonem breuem de intellectu per sentenciam Platonis et Aristotelis × Quantum uero ad intentionem tuam tantum sermonis de hoc sufficiat".

f. 117'—118': ARISTOTELES: „*De morte et uita*" [rectius: *De longitudine et breuitate uite*]. „De eo autem quod est esse alia longe uite animalium × longioris uite".

f. 119—131: „*De celo et mundo* AUICENNE" *interprete* JOHANNE HISPALENSI. „Collectiones expositionum ab antiquis Grecis in libro de mundo, qui dicitur celi et mundi ..... Differentia inter corpus × non moueretur".

f. 131'—176': „*De celo et mundo* ARISTOTELIS" *interprete* GERHARDO DE CREMONA. „Summa cognitionis nature et scientie × super intentionem nostram".

f. 177—193: ARISTOTELES: „*De generatione et corruptione*. De generatione autem et corruptione natura generatorum et corruptorum × talis qualis contingit non esse".

f. 193'—200: ARISTOTELES: „*De sompno et uigilia*. De sompno autem et uigilia considerandum est quid sint et utrum sint propria anime uel corporis uel communia × diuinatione dictum est".

f. 200—201': *Secretum secretorum*. „*Epistola* ARISTOTELIS *regi Alexandro de obseruatione humani corporis directa*" *interprete* JOHANNE HISPALENSI. „Domine T[arasie], Dei gracia Hyspaniarum regine, Johannes Hyspaniensis salutem. Cum de utilitate corporis . . . . . Alexander cum sit homo corruptibilis × hec omnia debilitant et desiccant corpus. Valete in Domino". (H. Suchier: Denkmäler provenzalischer Literatur und Sprache I 473).

Poss. O. Thott. (Bibl. Thott. VII 290 n. 164).

Thott 300 fol. chart., sæc. xv (f. 125': „1456", f. 270': „1456", f. 277': „1461"), ff. 278, cm. 31,5×20,5. Tegumentum in officina Johannis Vogel factum.

f. 2—125': ARISTOTELES: *Ethica, cum glossis marginalibus et interlinearibus*. „Omnis ars et omnis doctrina similiter autem actus et electio × dicamus ergo incipientes. Explicit Ethica Aristotilis Stragerite Nichomatica per me Johannem Schollen de Bilueldia finita anno Domini 1456 die penultimo mensis Januarii in alma uniuersitate Erffordensi . . .".

f. 127—270': ARISTOTELES: *Politica, cum glossis marginalibus et interlinearibus*. „Quoniam omnem ciuitatem uidemus × quod decens. Reliqua huius operis in Greco nondum inueni. Explicit textus politicorum Aristotilis per me Johannem Schollen de Bilueldia anno Domini 1456 die 12. mensis Octabris in alma uniuersitate Erffurdensi collectus . . ."

f. 272—277': ARISTOTELES: *Oeconomica, cum glossis marginalibus et interlinearibus*. „Oeconomica et politica differunt non solum sicut domus et ciuitas × et filios et parentes". „Finiui lectionem huius Yconomicorum anno Domini 1461 die Martis tercia mensis Marcii".

Prov. Erfordia. — *Poss.* Johannes Schollen de Bilueldia. (In interiore parte tegumenti: „Iste liber est magistri Johannis Schollen de Bilueldia", „Anno Domini 1451 circa festum natiuitatis Marie obiit Conradus Scholle, ciuis Bilueldensis, pater

magistri Johannis possessoris huius libri Paderbornensis dioceseos . . ."). — Johan Gervinck. (Nomen manu sæc. XVI bis scriptum in folio preligato). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 301 n. 300).

Thott 580 4to chart., sæc. XV (f. 58: „1441", f. 206': „1441", f. 348: „1440", f. 348: „1456", f. 399': „1464", f. 404': „1464"), ff. 405, cm. $21{,}_{2} \times 13{,}_{8}$. Liber cum rubeo coopertorio.

f. 1—58: „*Liber* ARISTOTELIS *de anima*", *cum glossis interlinearibus.* „Bonorum honorabilium notitiam opinantes × significet aliquid alteri. Et sic est finis libri de anima, Deo gracias, anno Domini 1441 feria tertia ante festum sancti Bartholomei apostoli per me Arnoldum de Rypen uisitantem in Luneborch".

f. 59: „*Modus et forma conficiendi incaustum bonum*".

f. 61—104: *Commentarius in librum de anima.* „Circa inicium libri de anima est notandum × quam uero perfectam cognitionem nobis dignetur concedere pater et filius et spiritus sanctus. Amen. Et sic est finis, Deo gracias, per me Arnoldum de Rypen uisitantem in Luneborch".

f. 104—106: *Note uarie theologice.*

f. 106'—107: *Versus de uanitate mundi lingua Germanica scripti.* „ | Droch werelt myk gruwet vor dyn wesent | × | went unse arme sele mut resten im vromde land | ".

f. 107'—109: PAULUS DIACONUS: *Versus in laudem s. Benedicti.* „ | Ordiar unde tuos, sacer o Benedicte, triumphos | × | O Benedicte pater sint precor apta tibi | ". (Monumenta Germaniæ historica. Poetæ Latini I 36).

f. 110—110': *Note uarie philosophice.*

f. 111—148: ARISTOTELES: *Liber de sensu et sensato, una cum commentario.* „Quoniam de anima determinatum est secundum se in libro de anima et de uirtutibus ipsius × penitus non uidetur".

f. 149—160: ARISTOTELES: *Liber de memoria et reminiscentia, una cum commentario.* „De memoria et reminiscentia dicendum est postquam dictum est quid sit × tot sunt dicta".

f. 161—185: ARISTOTELES: „*Liber de sompno et uigilia*", *una cum commentario.* „De sompno et uigilia considerandum est × hominis preparatur".

f. 187—206': ARISTOTELES: „*Liber de longitudine et breuitate uite*", *una cum commentario.* „De eo autem quod quedam

longe sunt uite et alia breuis uite × euidens est ex predictis. Et sic est finis horum paruorum naturalium, Deo gracias, anno Domini 1441 feria tertia post festum sancti Tyburcii per me Arnoldum de Rypen uisitantem in Luneborch scolas sancti Johannis. Sunt collecta ibidem".

f. 207—348: *Questiones libri* ARISTOTELIS *de anima a* LAURENTIO LUNDORII *date.* „Circa libros de anima queritur primo, utrum de anima sit scientia × de omnibus questionibus trium librorum de anima . . . . . Anno Domini 1440 feria quarta post festum Dyonisii per me Arnoldum de Ripen collectum est presens excercitium reuerendi magistri Laurencii Lundorii studio particulari sancti Johannis in Luneborch".

f. 348'—349': *Registrum.*

f. 350: *De humoribus hominis.*

f. 350': *„Decem precepta Domini in Italico sermone".*

f. 351—384: *„Problemata corporis humani ex uariis Aristotelis et aliorum philosophorum libris similiter et medicorum extracta et collecta".* „Omnes homines natura scire desiderant. Scribit philosophorum princeps × ut dicit sanctus Augustinus".

f. 384—385: *„Alia problemata generalia et utilia.* Primo queritur, quare lepores dormiunt apertis oculis × quia aliqui homines habent uisum debilem . . . .".

f. 385': *De urbe Parisiana uersus.* „ | Mente reor sana non est ut Pariziana | × | nam duo postilla pro nummo dantur in illa | ".

f. 386—396': *„Dicta sapientium".* „Zedechias philosophus dicit: Purum amicum diligentem te scito × non utendo languescunt".

f. 396'—399': *„Excerpta dictorum philosophorum moralium antiquorum".* „Interrogauerunt Arasten, quando est bonum coire × tam de nocte quam de die".

f. 400—404': *Excerpta ex libro* BROCHARDI *de terra sancta.* „Notandum in partibus orientis sunt plures Christiani quam Saraceni. Notandum est autem in rei ueritate × audire deuotissimum est. Hec Brochardus de terra sancta, quam ipse totam perambulauit et diu ibi stetit. Anno Domini 1464 collegi istud".

Prov. Qui codicem scripsit ex diocesi Ripensi oriundus erat. (f. 348: „Ego Arnoldus Gherbrandi presbiter perlegi hunc librum anno Domini 1456, in parrochia Brødentz Ripensis

dioceseos uicerector; cf. ff. 58, 104, 206', 348). — *Poss.* Arnoldus Gherbrandi presbiter dioc. Ripensis. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 411 n. 580).

Ny kgl. S. 44 b fol. chart., sæc. xv, ff. 133, cm. 30,8×20,7. Litt. init. cum ornam. Tegum. sæc. xv in Italia factum.

f. 1—4': „THEODORI GRECI THESALONICENSIS *ad summum pontificem diuum Thomam Nicolaum V prefatio in problemata* ARISTOTELIS. Si te summe princeps diue Nicolae × beneficiis obtulisse tibi existimem".

f. 5—133': *Problemata* ARISTOTELIS *interprete* THEODORO GAZA. „Cur exuperantie nimie commitendi × Terrenum namque omne cum uritur nigrum effici solitum est".

Prov. Italia — *Poss.* I. F. Christie. (In interiore parte tegumenti: „E bibl. I. F. Christii"). — P. F. Suhm.

Ny kgl. S. 1833 fol. chart., sæc. xv, ff. 102, cm. 34×23.

f. 1—102': „*Questiones super librum* ARISTOTELIS *de anima compilate per magistrum* JOHANNEM DE GHIANDONO". „Inest enim mentibus hominum ueri boni × aut uera aut probabilia non diffido".

Prov. Codex scriptus est in conuentu Senarum per manum fratris Danielis de Dordraco. (f. 102': „Si da ponatur ita simul ni associatur et el unientur qui scripsit ita uocatur de Dordraco". „. . . . scripte in conuentu Senarum per fratrem Danielem de Dordrago in La . . . ."). — *Poss.* Frater Laurentius de Mechelinia. (f. 102': „Iste liber est mei fratris Laurentii de Mechelinia"). — Leonardus de Lucignano. — Frater Franciscus de Monasterio ordinis fratrum minorum. (f. 102': „Iste liber est ad usum mei fratris Francisci de Monasterio ordinis minorum, quem emi a Leonardo de Lucignano et pretium solui Senis die 2. Maii 1484"). — Empt. Lipsie anno 1921.

Ny kgl. S. 190 4to chart., sæc. xv, ff. 211, cm. 21,5×14,5.

Questiones circa libros Aristotelis de anima atque libros physicorum atque metaphysice. Multe alie questiones.

Prov. Germania. — *Poss.* Nicolaus Tyderici. — Johannes Bodenlicken. (f. 166: „Et sic est finis metaphisice disputate a magistro Nicolao Amsteldammis"; f. 61': „Liber magistri Jo-

hannis Bodenlicken emptus a baccalareo Nicolao Tyderici"; ibidem manu coeua scriptum est: „Phisicorum. Amsteldammis").

Thott 582 4to chart., sæc. xv, ff. 155, cm. 21×14,5.

f. 1—155: *Questiones de paruis logicis.* „Circa initium paruorum logicalium queritur primo, utrum de suppositione sit scientia × de quo Deus gloriosus sit benedictus in secula seculorum".

Poss. O. Thott. (Bibl. Thott. VII 412 n. 582).

Ny kgl. S. 1801 fol. chart., sæc. XIV, ff. 167, cm. 26,2×12.

f. 1—167: JOHANNES BURIDANUS: *Questiones in libros physicorum Aristotelis.* „Bonum sicut habetur primo Ethicorum quarto × sine compositione aliqua est unus et trinus, qui est benedictus in secula seculorum".

Prov. Gallia. — *Poss.* Johannes Peraudi. — Johannes Theobaldi. (f. 167: „Iste questiones sunt fratris Johannis Theobaldi conuentus Viannensis, quas emit a magistro Johanne Peraudi oriundo de ciuitate Vienensi precio 4 scutorum, que sibi fideliter soluit anno Domini 1393"). — Bibliotheca Diuionensis. (f. 1 [sæc. XVII—XVIII]: „Ex Mss. Bibliothecæ Diuio Burgund"). — V. Advielle. (In folio preligato [sæc. XIX]: „Collection V. Advielle". In tergo Ex libris et monogramma VA). — Anno 1920 Parisius emptus

Thott 583 4to chart., sæc. xv, ff. 67, cm. 21,5×14,5. Liber mutilus.

f. 1 [manu prima]: *Registrum in questiones circa libros phisicorum* ARISTOTELIS.

f. 2—26' [manu prima]: *Questiones circa libros phisicorum* ARISTOTELIS. „Queritur utrum de rebus naturalibus possumus × ulterius est notandum ////".

f. 27—67 [manu secunda]: *„Disputata circa libros de anima* [ARISTOTELIS] *reuerendi magistri* THEODERICI DE AMSTERDAMIS in studio Rozstocensi fideliter reportata".

f. 67 [manu tertia]: *Regimen bonum contra pestilentiam.*

Prov. Germania. — *Poss.* O. Thott. (Bibl. Thott. VII 412 n. 583).

Ny kgl. S. 1813 fol. membr., sæc. XIV (f. 48': „1358"), ff. 48, cm. 31×21,5. Codex in initio mutilus.

f. 1—48: Gualterus Burlaeus: *Expositio super libros octo Politicorum Aristotelis.* „///// Tractatus tertius tertii libri × facilius attingent ad felicitatem. Et in hoc finitur intencio Aristotelis super totum, quod translatum est de Greco in Latinum super librum, et Deo, qui dedit intelligere, sint gratie infinite".

f. 48—48': *Varie note.* „Explicit scriptum magistri Ansceri Burley super librum Politicorum anno Domini 1358 festo sancti Francisci".

Poss. Sir Thomas Phillipps. (f. 1: „Phillipps Ms. 482"). Codex Lundonii anno 1919 emptus est.

Gl. kgl. S. 208 fol. chart., sæc. xv (f. 186': „1470"), ff. 186, cm. 29,4×19,5. Litt. init. Tegum uetus.

f. 1—186': Chalcidius: *In Timaeum* Platonis *commentarius, in linguam Latinam translatus.* „Calcidius Osio salutem. Socrates in exhortationibus suis × sermo ad affectionem institutionis ingenue. 1470 *Τελος IONY.*"

Prov. Italia (ut docent littere initiales splendide picte atque scriptura). — *Poss.* f. 1 arma primi possessoris, vid. tab. III n. 6.

Litt. Bruun 265.

Gl. kgl. S. 157 fol. membr., sæc. viii—ix, ff. 175, cm. 34×25,2.

f. 1—175': Josephus: *De antiquitatibus.* „In principio creauit Deus × aliud prohibemur".

Prov. Gallia. — *Poss.* Monasterium s. Germani de Pratis [?]. — F. Lindenbrog. (f. 1: „H... b... de... .... Germani. F. Lindenbruch"). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 63. — Cat. Nic. Heinsii n. 47: „Josephus Latine. Item aliud exemplar antiquiss." — Cat. Pechlin. n. 71. — Cat. Möllmann. n. 145).

Litt. Ellen Jørgensen: Friederich Lindenbrogs Forhold til en Gruppe Haandskrifter i det kgl. Bibliotek. Nordisk Tidsskrift för Bok- och Biblioteksväsen VIII 131.

Gl. kgl. S. 156 fol. membr., sæc. xii exeunt., ff. 157, cm. 36×23,8. f. 2' et 3: Littere initiales coloribus splendidis depicte. Tegum. uetus.

f. 1: „Antiquitatum historie Josephi sunt libri 20, quorum primi 12 in hoc uolumine continentur, reliqui uero 8, qui hic omissi

fuerant, in alio uolumine habentur; habentur etiam in presenti uolumine eiusdem Josephi de Iudaico bello contra Romanos libri 8". [In primo folio codicis, qui Gl. kgl. S. 1571 4to inscribitur, eadem manus contenta uoluminis notauit].

f. 2'—89: JOSEPHUS: *De antiquitatibus. Liber I—XII.* Prologus. „Historiam conscribere disponentibus × defunctus est".

f. 89—156': JOSEPHUS: *De bello Judaico. Liber I—VII.* „Quoniam bellum, quod cum populo Romano × habuerint coniecturam". [Eadem manus uel saltem manus coeua]: „| Edidit in lumen satis utile Sydo uolumen | fidus eras fautor, Jhesu bone, Josephus auctor |". [cf. Gl. kgl. S. 3560 8vo f. 65, Gl. kgl. S. 1571 4to f. 132'].

Prov. Domus s. Marie in Nouomonasterio. — *Poss.* Domus s. Marie in Nouomonasterio alias Bordesholm. (f. 1: „Liber s. Marie in Nouomonasterio". — Catalogus Bordesholm. ex anno 1488 n. „C 14"). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 62. — Cat. N. Heinsii. n. 47: „Josephus Latine. Item aliud exemplar antiquiss." — Cat. Pechlin. n. 69. — Cat. Möllmann. n. 146).

Litt. Zeitschrift der Gesellschaft für Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte XIV 62.

Gl. kgl. S. 1571 4to membr., sæc. XII exeunt., ff. 210, cm. 25×16. f. 132': Littera initialis. Codex diuersis manibus exaratus aut duobus uel tribus libris compositus. Tegumentum in monasterio s. Marie in Bordesholm factum est, ut docet littera S sepius in corio impressa. In interiore parte tegumenti fragmentum libri confraternitatis, in quo nomina fratrum et sororum manibus sec. XV scripta. Codex liber catenatus fuit.

f. 1: „Antiquitatum historie Josephi sunt libri 20, quorum primi 12 in alio uolumine continentur, octo uero residui, qui ibi omissi fuerant, in presenti uolumine habentur". [Hec pauca manu eadem scripta sunt, que contenta uoluminis Gl. kgl. S. 156 fol. signati in primo folio notauit].

f. 1—129: JOSEPHUS; *De antiquitatibus. Liber XIII—XX.* „Quibus modis gens Judeorum × aliud prohibemur".

f. 129: CASSIODORUS *ad monachos Viuarienses de libris Josephi.*

f. 129—130': JOSEPHUS: *De antiquitatibus. Liber XIII 1—2 inc.*

f. 131: *Littere* CELESTINI III *pape ad Absalonem archiepiscopum Lundensem misse.* (Hasse: Schleswig-Holstein-Lauenburgische Regesten und Urkunden I n. 175).

f. 131: *Littere* CELESTINI III *pape ad Canutum Danorum regem misse.* (Ibid. n. 184).

f. 131: *Littere* CELESTINI III *pape ad clerum Danie misse* 23/12 *1192.* (Ibid. n. 173).

f. 132: *Littere* HENRICI *imperatoris ad Bernhardum ducem Saxonie misse* 4/12 *1194.* (K F. Stumpf-Brentano: Die Reichskanzler III 708 n. 508).

f. 132 [manu sæc. XIII]: „| Bernhardi dicta per Berthramum tibi scripta | morum doctrina, morborum sunt medicina |". [Hec fortasse spectant ad sermones, qui f. 132—206' scripti sunt, sed Bernardus Clareuallensis certe non est author sermonum].

f. 132—206: *Sermones.* „Sermo in aduentu Domini. Aspiciens a longe ecce uideo.... Sicut meminit fraternitas uestra × in horreo suo quod neminem credit ex merito suo. Dignetur Dominus...."

f. 207—208': *Epistola* GREGORII VIII *pape ad omnes Christifideles missa* 29/10 *1187.* (Jaffé-Loewenfeld: Regesta pontif. Rom. 16019).

f. 208'—209': *Epistola sancti* BERNARDI *abbatis* CLAREUALLENSIS *ad orientalis Francie clerum et populum.* „Sermo mihi ad uos de negotio Christi, in quo est utique salus × fuderunt sanguinem sanctorum in circuitu Iherusalem". (cf. Migne PL. 182. 564).

f. 209'—210: *Littere* SIDONIS *ad H. abbatem s. Michaelis in Hildensheim misse.* „Reuerendo domino H. ad titulum sancti Mychahelis abbati in Hildensheim S. pusilli gregis in Nouomonasterio minister exiguus munus orationum mutuum et deuotum seruitium. Si de statu monialis uestre Margarete prudentia uestra rescire uoluerit × nobis ad requirendum laborem grauem incumbere certissime nolumus Valete".

f. 210': *Registrum.* „In hoc uolumine continentur sermones. De aduentu Domini. Aspiciens a longe × Epistola Gregorii pape de negotio crucis. Item alia. Sermo: Mihi ad uos de negotio Christi".

Prov. Domus s. Marie in Nouomonasterio. — *Poss.* Domus s. Marie in Nouomonasterio alias Bordesholm. (f. 132': „Sum prepositi de Niemonstere". — f. 1: „Liber sancte Marie in Nouomonasterio". — Catalogus Bordesholm. ex anno 1488

n. „C 15“). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 174. — Cat. N. Heinsii. n. 47: „Josephus Latine. Item aliud exemplar antiquiss.“ — Cat. Pechlin. n. 39. — Cat. Möllmann n. 147).

Litt. Archiv f. ältere deutsche Geschichtskunde VII 155, 884. — Zeitschrift der Gesellschaft für Schlesvig-Holstein-Lauenburgische Geschichte XIV 64.

Ny kgl. S. 193 4to chart., sæc. XV, ff. 46, cm. 23,7×15. Litt. init. cum ornam. Codex mutilus et miserrime deletus. In marginibus multa recepta lingua Danica et Germanica sæc. XVII scripta.

f. 37—97: D. JUNIUS JUUENALIS: *Satire I—XIV 29.* „| Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam | × | uirgo fuit, ceras nunc ////"

f. 98—107': A. PERSIUS FLACCUS: *Satire I—VI 41.* „ | Nec fonte labra prolui caballino | × | hec cinere ulterior metuas? At tu, meus heres | ////"

Prov. Gallia. — *Poss.* D. G. Moldenhawer. (Donatio Moldenhaweriana ex anno 1824 n. 135).

Litt. C. F. Heinrich: Commentatio prima in D. Jun. Juvenalis satiras. (Kiliæ 1806) 12. — Werlauff 336. — A. Adler: D. G. Moldenhawer og hans Haandskriftsamling 238.

Gl. kgl. S. 2029 4to chart., sæc. XV, ff. 105, cm. 20×14. Tegum. uetus.

f. 1—86': D. JUNIUS JUUENALIS: *Satire I—XVI.* „| Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam | × | ut leti phaleris omnes et torquibus, omnes |".

f. 87—102': A. PERSIUS FLACCUS: *Satire.* „| Nec fonte labra prolui caballino | × | inuentus, Crysippe, tui finitor acerui |".

f. 104': *Argumenta satirarum Juuenalis.*

Prov. Italia. — *Poss.* P. Scavenius. (In interiore parte tegumenti signatura: „N. 4 in Q". — Bibl. Scav. 369 n. 4).

Litt. Auli Persii Flacci satiræ. Ed. Fr. Plum (1827) VI.

Gl. kgl. S. 2032 4to membr., sæc. XII, ff. 46, cm. 23,3×13,1. Glosse marginales et interlineares.

f. 1—46': D. JUNIUS JUUENALIS: *Satire I—XV 127, cum scholiis.* „| Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam | × | paruula fictilibus solitum dare uela phaselis | ////"

Poss. I. M. Winckler. (f. 46': „I. M. Winckler licentiatus rev. capit. Hamb. secretarius"). — Ecclesia beate uirginis in Ham-

burg. (Bibl. capit. Hamb. (1784) 273 n 3358). Anno 1784 in auctione capituli Hamburgensis codex emptus est.

Gl. kgl. S. 2033 4to membr., sæc. XIII, ff. 47, cm. 17,2×11,1. Litteras initiales scriptor inchoauit, delineauit neque tamen opus absoluit.

f. 1—47: D. JUNIUS JUUENALIS: *Satire I 2—XIV 3.* „/// | uexatus totiens rauci Theseide Codri? | × | et quod maiorum uicia sequiturque minores | ////“

Poss. I. M. Winckler. (f. 47': „I. M. Winckler licentiatus rev. capit. Hamb. secretarius“). — Ecclesia beate uirginis in Hamburg. (Bibl. capit. Hamb. (1784) 273 n. 3356). Anno 1784 in auctione capituli Hamburgensis codex emptus est.

Gl. kgl. S. 2030 4to membr., sæc. XV (f. 88: „1460“), ff. 88, cm. 20×13,6. Prima pagina more Italico splendidissime ornata. Litt. init.

f. 1—87': D. JUNIUS JUUENALIS: *Satire I—XV.* „| Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam | × | tanquam homine et uentri indulsit non omne legumen? |“

Prov. Italia. — *Poss.* Christoforus Mediolanensis. (f. 88: „Pio secundo pont. max. opt. santis. ann. III 10. Kal. Septembris Christoforo Mediolanensi uiro integerrimo hunc codicem exscripsi ego Joannes Nydenna de Confluentia impensa sua apud urbem Bergomeam imperitante republica Veneta, cuius princeps erat Pasqualis Maripetrus clarissimus fortissimusque“). — f. 1: Arma possessoris, vid. tab. IV n 6). — Mogens Friis † 1675 (In folio preligato: „Magnus Frisius“).

Litt. Bruun 263.

Gl. kgl. S. 2031 4to chart., sæc XV (f. 78: „1476“), ff. 78, cm. 21,3×14,3. Prima pagina more Italico decorata.

f. 1—78: D. JUNIUS JUUENALIS: *Satire I—XVI.* „| Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam | × | ut leti phaleris omnes et torquibus, omnes |“.

Prov. Italia. — *Poss.* Eiler Ulfeldt. (f. 1: „Ilario Ulfeldt 1640. Mantuæ Carpentanorum“).

Litt. Bruun 269.

Gl. kgl. S. 2021 4to membr., sæc. XI, ff. 107, cm. 23,5×14. Litt. init. Codici nonnulla folia desunt. Particula folii primi, quod

euulsum est, adhuc adheret. Vicem foliorum deperditorum prebent folia 1, 64—67, 71, 100, 107 manibus paulo recentioribus scripta.

f. 1—107: M. ANNAEUS LUCANUS: *Pharsalia I—X, cum glossis marginalibus et interlinearibus.* „ | Bella per Emathios plus quam ciuilia campos | × | obsedit muris calcantem menia Magnum | ".

Poss. I. M. Winckler. (f. 107: „I. M. Winckler licentiatus reuerendi capituli Hamburgensis secretarius"). — Ecclesia beate uirginis in Hamburg. (Bibl. capit. Hamb. (1784) 273 n. 3367). In auctione capituli Hamburgensis anno 1784 codex emptus est.

Gl. kgl. S. 2022 4to membr., sæc. XI, ff. 101, cm. $20{,}_4 \times 11$. Litt. init.

f. 1—101': M. ANNAEUS LUCANUS: *Pharsalia I—X 540, cum glossis.* [Textus ultime pagine magna difficultate legitur].

Poss. Thomas. (f. 1 [sæc. XIII?]: „Thome"). — I. M. Winckler. (f. 101': „I. M. Winckler licentiatus reuerendi capituli secretarius"). — Ecclesia beate uirginis in Hamburg. (Bibl. capit. Hamb. 274 n. 3371). Ex auctione capituli Hamburgensis anno 1784 adquisitus.

Gl. kgl. S. 2024 4to membr., sæc. XII, ff. 42, cm. $20{,}_7 \times 9{,}_7$. Litt. init. Codex, qui ex diuersis libris coniunctus est, uel saltem diuersis manibus scriptus, nonnullas lacunas habet.

f. 1—42': M. ANNAEUS LUCANUS: *Pharsalia I—VI 670.* „ | Bella per Emathios plus quam ciuilia campos | × | Viscera non lincis, non dure nodus iene ////"

Poss. Haquinus Kreg. (f. 1 [sæc. XIII?]: „Liber Haquini Kreg"). — Thomas. (f. 1 [sæc. XIII?]: „Thome"). — I. M. Winckler. (f. 42': „I. M. Winckler licentiatus reuerendi capituli Hamburgensis secretarius"). — Ecclesia beate uirginis in Hamburg. (Bibl. capit. Hamb. (1784) 273 n. 3363). In auctione capituli Hamburgensis anno 1784 codex emptus est.

Gl. kgl. S. 2023 4to membr., sæc. XII, ff. 68, cm. $22{,}_5 \times 12$. Litt. init. Codex mancus.

f. 1—68': M. ANNAEUS LUCANUS: *Pharsalia I—VIII 390, cum glossis.* „ | Bella per Emathios plus quam ciuilia campos | × | cum ferro uenisse parum est? templare pudendum /////"

Poss I. M. Winckler. (f. 68': „I. M. Winckler licentiatus reuerendi capituli Hamburgensis secretarius"). — Ecclesia beate uirginis in Hamburg. (Bibl. capit. Hamb. 273 n. 3362). In auctione capituli anno 1784 adquisitus.

Gl. kgl. S. 2019 4to membr., sæc. XII, ff. 123, cm. 22,8×12,5. Tegum. uetus. Olim liber catenatus.

f. 1—122': M. ANNAEUS LUCANUS: *Pharsalia I—X.* „ | Bella per Emathios plus quam ciuilia campos | × | obsedit muris calcantem menia Magnum | ".

Prov Domus s. Marie in Nouomonasterio in Holsatia. — *Poss.* Domus s. Marie in Nouomonasterio postea in Bordesholm translata. (f. 123' [sæc. XII]: „Liber sancte Marie in Nouomonasterio", f. 1 [sæc. XV]: „Liber sancte Marie uirginis in Nouomonasterio siue in Bordesholm". — Cat. ex anno 1488 n. „I 16"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Lindenbrog. n. 94 uel 95. — Cat. Möllmann. n. 252 uel 253).

Litt. Aug. Wetzel: Die Reste der Bordesholmer Bibliothek in Kopenhagen. Zeitschrift der Gesellschaft für Schleswig-Holstein Lauenburgische Geschichte XIV 115.

Gl. kgl. S. 2020 4to membr., sæc. XII, ff. 102, cm. 20,3×11,5. Litt. init.

In foliis preligatis sunt note uarii argumenti.

f. 1—101': M. ANNAEUS LUCANUS: *Pharsalia I—X, cum glossis marginalibus et interlinearibus.* „ | Bella per Emathios plus quam ciuilia campos | × | obsedit muris calcantem menia Magnum |. Corduba me genuit, rapuit Nero, prelia dixi | que gessere pares, hinc socer, inde gener | ".

f. 101': *De Pamphilo, Glisceria et Birria.* „ | Poscam [rectius: Postquam] Panfilias rumor peruenit ad aures | Gliscerium Gaulis finibus esse suam, | Panfilus ascendit, comes illi Birria factus carpit iter pedibus exitiale suis | × | Birria cum domino Glisceriaque uenit | ". (cf. Notices et extraits XXIX 360).

f. 102—102': *Mappe mundi.*

Poss. Bibl. Gottorp. (Cat. Lindenbrog. n. 94 uel 95. — Cat. Möllmann. n. 252 uel 253).

Thott 402 fol. membr., sæc. XIII, ff. 58, cm. 26,6×12. Tegum. sæc. XIII.

f. 1—58: M. ANNÆUS LUCANUS: *Pharsalia, cum glossis mar-*

ginalibus. „| Bella per Emathios plus quam ciuilia campos | × | obsedit muris calcantem menia Magnum |“.

Poss. B. Aegius Spoletinus. (In folio preligato: „B. Aegii Spoletini“). — Collegium Agenense societatis Jesu. (f. 1: „Collegii Agen. Societ. Jesu Catal. Ins.“). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 310 n. 402). Codex in Anglia emptus. (In folio preligato nota pretii: „6. 6. 0“).

Gl. kgl. S. 2025 4to membr., sæc. XIII, ff. 40, cm. 26,5×18,8.

f. 1—40: *„Glosule super Lucanum“*. „Primum querendum est de quolibet, quis sit × Menia. Claustrorum que fecerat Cesar ad ipsum includendum. — Calcantem. Super ascendentem“.

Poss. Ecclesia beate uirginis in Hamburg. (Bibl. capit. Hamb. 273 n. 3365). In auctione capituli anno 1784 emptus.

Gl. kgl. S. 2027 4to membr., sæc. XII, ff. 118, cm. 24,2×13,5. Litt. init. cum ornam.

f. 1—117: P. PAPINIUS STATIUS: *Thebaidos libri XII, cum scholiis nonnullis.* „ | Fraternas acies alternaque bella profanis | × | occidet et meriti post me referentur honores | “.

f. 117: D. JUNIUS JUUENALIS: *Sat. VII 82: De Statio.*

f. 117'—118': *Argumenta in libros Thebaidos.* „ | At Maia genitus superas remeabat ad auras | × | regnum Thebanum perimens Creonta profanum | “.

f. 118 [manu sæc. XIV]: *Inuentarium librorum.* „Nota, quod habeo istos libros: primo musicale et usuale duo gradualia et 2 grecismos et expositionem grecismi scilicet primi et secundi libri × Item tonarium in papiro“.

Poss. Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrogii. n. 93 uel n. 116. — Cat. Nic. Heinsii n. 96. — Cat. Möllmann. n. 254 uel 255).

Gl. kgl. S. 2026 4to membr., sæc. XIII ineunt., ff. 136, cm. 22,2×12,8. Litt. init.

f. 1—136': P. PAPINIUS STATIUS: *Thebaidos libri XII, cum scholiis nonnullis.* „ | Fraternas acies alternaque regna profanis | × | occidet et meriti post me referentur honores | “.

Poss Johannes Pluyette. (In folio preligato [sæc. XV]: „Statius Thebaidos pertinens michi Johanni Pluyette“). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrogii n. 93 uel n. 116. — Cat. Nic. Heinsii n. 96. — Cat Möllmann. n. 254 uel n. 255).

Litt. Delisle: Le cabinet des manuscrits III 392.

Thott 403 fol. membr., sæc. xv, ff. 178, cm. 27,6×17,2. Litt. init. Prima pagina decorata. Tegum. uetus in Italia factum.

f. 1—175': P. Papinius Statius: *Thebaidos libri XII.* „ | Fraternas acies alternaque regna prophanis | × | decidet et meriti post me referentur honores | ".

f. 176—178': *„Carmina quedam edita super Thebaidos duodecim libros".* „ | Soluitur in primo fratrum concordia libro × | quem sternit telo Graiorumque imolat umbris | ".

Prov. Italia. — *Poss.* Laurentius Petri Francisci de Medicis († 1503) et Joannes Petri Francisci de Medicis. (f. 178': „Liber Laurentii ac Joannis Petri Francisci de Medicis n° XV". — f. 1: Insignia familie Medicorum). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 310 n. 403).

Litt. Bruun 264.

Gl. kgl. S. 497 fol. chart., sæc. xv, ff. 89 („154"—„242"), cm. 29×21.

f. „154"—„241"': C. Julius Cesar: *De bello Gallico commentarii*: „Gallia est omnis diuisa in partes tres × quam belli gerendi. Contendit".

f. „241"'—„242": *„Ex iisdem commentariis". (VIII 51–52).* „Exceptus est Cesaris aduentus ab omnibus municipiis et coloniis × causam suam facile optineri, nam G. Curio, tribunus plebis, cum Ces. ////"

Poss. Conuentus sancti Victoris Parisius. (Folia codicis manu bibliothecarii Claudii de Grandrue signata. Gl. kgl. S. 497 fol. una cum Gl. kgl. S. 454 fol. pars codicis AAA 10 in bibliotheca conuentus sancti Victoris erat). — Fr. Lindenbrog. — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 61. — Cat. Pechlin. n. 94).

Litt. C. Julii Caesaris de bellis Gallico et civili Pompeiano commentarii, ed. a Fr. Oudendorpio (1737).

Thott 543 fol. membr., sæc. xv, ff. 146, cm. 26,5×17. Prima pagina floratura decorata. Litt. init. Tegum. uetus.

f. 1—66: C. Julius Cesar: *De bello Gallico.* „Gallia omnis diuisa est × iure potius disceptandi quam belligerandi".

f. 66'—108; C. Julius Cesar: *De bello ciuili.* „Litteris a Fabio C. Cesaris consulibus redditis × Hec initia belli Alexandrini fuerunt".

f. 108'—122': C. Julius Cesar: *De bello Alexandrino.* „Bello Alexandrino conflato × celerius omnium opinione uenit".

f. 122'—139: C. Julius Cesar: *De bello Africano.* „Cesar itineribus iustis confectis × Romam uenit".

f 139—146': C. Julius Cesar: *De bello Hispaniensi.* „Pharnace superato × quarum laudibus et uirtute".

Prov. Gallia. — *Poss.* O. Thott. (Bibl. Thott. VII 319 n. 543).

Litt. Bruun 240.

Thott 1200 4to membr, sæc. xv, ff. 74, cm. 21×14,2. Litt. init.

f. 1—74: „Emilius Probus [rectius: Cornelius Nepos]: *De excellentibus ducibus exterarum gentium.* Non dubito fore plerosque × qui uiri preferendi sint possit iudicari".

Poss. O. Thott. (Bibl Thott. VII 443. n. 1200).

Litt. I. H. Schlegel: In Cornelium Nepotem obseruationes criticæ et historicæ (1778) 24.

Gl. kgl. S. 2156 4to membr., sæc. xii, ff. 60, cm. 21,5×14,1. Litt. init. Codex in initio mutilus.

f. 1—20: C. Sallustius Crispus: *Bellum Catilinarium.* „Omnis homines × gaudia agitabantur".

f. 20'—60: C. Sallustius Crispus: *Bellum Jugurthinum.* „Falso queritur × in illo site".

Poss. Jean Nicot. (f. 2: „Ex bib /// ὕφεσιν καὶ //// Ne senza sfinge ////"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Lindenbrog. n. 96. — Cat. Nic. Heinsii n. 83. — Cat. Möllmann. n. 256).

Litt. E. F. Bojesen: De duobus codicibus Sallustii Hauniensibus (1847) 6.

Gl. kgl. S. 3560 8vo membr., sæc. xii, ff. 65, cm. 17,5×11.

f. 1—23': C. Sallustius Crispus: *Bellum Catilinarium.* „Omnis homines × gaudia agitabantur".

f. 23'—65: C. Sallustius Crispus: *Bellum Jugurthinum.* „Falso queritur × in illo sitę erant". [manu coeua]: „Quem Sydo scripsisti, tuus est liber iste Salusti".

Prov. Domus s. Marie in Nouomonasterio in Holsatia. (Scriptura scriptorii Nouomonasteriensis). — *Poss.* Domus s. Marie in Nouomonasterio postea in Bordesholm translata. (f. 1: „Liber sancte Marie in Nouomonasterio". — Cat. Bordesholm. ex anno 1488 n. „F 17": „Salustius cum commento. Didascalos Hugonis"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin. n. 176. —

Cat. Möllmann. n. 257). Codex Gl. kgl. S. 3560 8vo una cum Gl. kgl. S. 3468 8vo colligatus erat.

Litt. C. Sallusti Crispi Catilina et Jugurtha. Ed. E. F. Bojesen (1837) V. — E. F. Bojesen: De duobus codicibus Sallustii Hauniensibus (1847) 5.

Ny kgl. S. 222 4to membr., sæc. XIV, ff. 102, cm. 21,4×14,5. Litt. init. cum. ornam. f. 1: In imo margine silua depicta est, in qua quattuor milites uirum humi iacentem aspicientes.

f. 1—29': C. SALLUSTIUS CRISPUS: *Bellum Catilinarium.* „Omnis homines × gaudia agitabantur".

f. 30—86: C. SALLUSTIUS CRISPUS: *Bellum Jugurthinum.* „Falso queritur × in illo site fuere".

f. 86'—95: M. TULLIUS CICERO: *Oratio in Catilinam I.* „Quousque tandem abutere × uiuos mortuosque mactabis".

f. 96—97': „SALLUSTIUS: *In Tullium.* Grauiter et iniquo animo maledicta tua paterer × in illa parte fidem habens".

f. 98—102': „TULLIUS: *In Sallustium.* Ea demum magna uoluptas est × si qua honeste affari possim".

Prov. Gallia. — *Poss.* Sellius. (In folio preligato: „Ex auctione Sellii. Lipsiæ 1737"). — H. W. Schmettau † 1785. — P. F. Suhm. (In folio preligato: „Denne codex kiøbte jeg for 30 Rdl. paa General Schmettaus Auktion. P. F. Suhm").

Gl. kgl. S. 3561 8vo membr., sæc. XV, ff. 134, cm. 15,6×9,8. Litt. init. cum ornam. Tegum. uetus in Italia factum.

f. 1—46: C. SALLUSTIUS CRISPUS: *Bellum Catilinarium.* „Omnis homines × gaudia agitabantur".

f. 46'—134: C. SALLUSTIUS CRISPUS: *Bellum Jugurthinum.* „Falso queritur × site sunt".

Prov. Italia. — *Poss.* Arnoldus Wittfelld [Arild Huitfeld † 1609]. (In folio preligato: „1586. Honorando viro domino magistro Jonæ Jacobi, pastori ecclesiæ Herføgle, in amicitiæ et obseruantiæ testimonium dedit Arnoldus Wittfelld. Este creduli, ne vobis accidat ut Jonæ"). — Jonas Jacobi Venusinus † 1608.

Litt. E. F. Bojesen: De duobus codicibus Sallustii Hauniensibus (1847) 6. — Kirkehistoriske Samlinger 3 R. IV 246.

Gl. kgl. S. 2155 4to membr., sæc. XV, ff. 92, cm. 23×14,6. Litt. init.

f. 1—32': C. SALLUSTIUS CRISPUS: *Bellum Catilinarium.* „Omnes homines × gaudia agitabantur".

f. 32'—92: C. SALLUSTIUS CRISPUS: *Bellum Jugurthinum.* „Falso queritur × in illo site sunt".

Prov. Italia. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (In folio preligato: „Fridericus Rostgaard emit Florentiæ 1699". — Bibl. Rostg. 464. n. 194). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 78).

Litt. E. F. Bojesen: De duobus codicibus Sallustii Hauniensibus (1847) 6. — Bruun 238.

Gl. kgl. S. 2154 4to membr., sæc. xv, ff. 81, cm. 23,5×15,5. Litt. init. cum ornam. Titulum habet codex splendide depictum.

f. 1—26': C. SALLUSTIUS CRISPUS: *Bellum Catilinarium.* „Omnis homines × gaudia agitabantur".

f. 27—76': C. SALLUSTIUS CRISPUS: *Bellum Jugurthinum.* „Falso queritur × in illo site".

Prov. Italia. (In folio preligato: „Vespanianus Philippi Florentinus fecit fieri Florentie" [Vespasiano da Bisticci]). — *Poss.* f. 1: Arma primi possesoris deleta sunt. — Johannes, comes Wigorniensis [John Tiptoft, earl of Worcester † 1470]. (f. 81': „Iste liber constat Petro Courtenay, archidiacono Exoniensi, quem habuit ex dono illustris comitis Wygornie sui domini singularissimi anno Domini 1460 19. die mensis Septembris". — cf. Vite di uomini illustri del secolo xv scritte da Vespasiano da Bisticci. Duca di Worcestri .... „Nella sua partita di Padova, venne a Firenze, e volle andare a Roma. Aveva grandissima copia di libri, e in Firenze ne comperò quegli che trovò, e fecene fare buona somma ...."). — Petrus Courtenay, episcopus Exoniensis 1478—1487, episcopus Wintoniensis 1487—1492. — Fr. Rostgaard. (In folio preligato: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 464. n. 194). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 77).

Litt. E. F. Bojesen: De duobus codicibus Sallustii Hauniensibus (1847) 6. — Bruun 238.

Gl. kgl. S. 2153 4to membr., sæc. xv, ff. 95, cm. 21,3×14. Litt. init.

f. 1—32': C. SALLUSTIUS CRISPUS: *Bellum Catilinarium.* „Omnis

homines, qui sese student prestare ceteris × gaudia agitabantur".

f. 32'—95': C. Sallustius Crispus: *Bellum Jugurthinum*. „Falso queritur × in illo site erant. Per manus uestri humilisque seruitoris Johannis Vila Cathalani oriundi ex ciuitate Barchinone".

Prov. Hispania. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (f. 1: „Fridericus Rostgaard". — Bibl. Rostg. 464. n. 193). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 76).

Litt. E. F. Bojesen: De duobus codicibus Sallustii Hauniensibus (1847) 5. — Bruun 237.

Gl. kgl. S. 495 fol. membr., sæc. xv, ff. 123, cm. 33,5×23.

f. 1—123: Titus Liuius: *Historie. Liber XXI—XXX.* „In parte operis mei × claraque cognomina familie fecere".

Prov. Italia. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (In fol. preligato: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 466. n. 207). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 82).

Gl. kgl. S. 470 fol. membr., sæc. xiv (f. 176': „1383"), ff. 176, cm. 28,4×20,6. Litt. init. hist.

f. 1': *Abbreuiationes.*

f. 2—3': *Registrum.*

f. 5—176': Valerius Maximus: *Facta et dicta memorabilia, cum scholiis et notis.* „Urbis Rome exterarumque gentium facta × Gaias esse se dicerent".

Prov. Italia. — *Poss.* Petrus Seruius. (f. 4': „Petri Seruii Medici"; in folio postligato nota rasura pene deleta: „Petri Seruii . . . 1647"). — Fr. Rostgaard. (f. 1: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699". — Bibl. Rostg. 466. n. 209). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 83).

Litt. Bruun 123.

Gl. kgl. S. 471 fol. membr., sæc. xv (f. 129': „1469"), ff. 130, cm. 27,5×17. Litt. init.

f. 1—129': Valerius Maximus: *Facta et dicta memorabilia.* „Urbis Rome externarumque gentium facta × Cominium Auricinium et Postumum Ebu. Explicit Valerius die quarto Septembris 1469 Verone".

f. 130—130' [manu recentiori]: *Registrum.*

Prov. Italia. — *Poss.* f. 1: Arma primi possessoris, vid. tab. V n. 1. — Antonius Franciscus Lemicus. (f. 130 [sæc. xv—xvi]; „Iste Valerius est mei Antonii Francisci Lemici filii domini Joannis Q. Gasparis ciuis Lemniacensis de familia Lemicorum“). — Fr. Rostgaard. (In fol. preligato: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699“. — Bibl. Rostg. 466. n. 210). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 84).
Litt. Bruun 242.

Gl. kgl. S. 3562 8vo membr., sæc. xv, ff. 115, cm. 14,8×10,1. Litt. init. Tegum. uetus.
f. 1—76: „*Valerii Maximi abreuiatio per alphabetum*“. [Registrum in librum, qui Facta et dicta memorabilia inscribitur].
f. 76'—79: *De magistratibus Romanis.*
f. 81—115: „*Lactantii Firmiani abreuiatio per alphabetum*“. [Registrum in librum, qui inscribitur Diuine institutiones].
Prov. Italia. — *Poss.* Arni Magnusson. (In folio preligato: „Ex dono Domini Arnæ Magnæi . . . . possidet Fridericus Rostgaard. 1705 mense Decembri“). — Fr. Rostgaard. (Bibl. Rostg. 466. n. 211). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 85).
Litt. Bruun 243.

Gl. kgl. S. 496 fol. membr., sæc. xv, ff. 196, cm. 26,7×16,1. Litt. init. hist. Prima pagina splendidissime decorata.
f. 1—91': C. Cornelius Tacitus: *Annales XI—XVI 35.* „/// nam Valerium Asiaticum × conuersus in Demetrium ////“.
f. 92—195: C. Cornelius Tacitus: *Historie I—IV 53.* „Initium mei operis × et ut signum ter predixere aruspices ne remearetur opus ////“.
Prov. Italia. (f. 196: „Hic liber uisus et ut accuratius ex incuria temporum fieri potuit emendatus est per me Ludouicum Regium Imolensem anno salutis 1488 die uero 25. Septembris . . . [rasura] Innocentio VIII pontifice maximo“). — *Poss.* f. 1: Insignia primi possessoris, vid. tab. V n. 2. — Fr. Rostgaard. (In fol. preligato: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699“. — Bibl. Rostg. 468. n. 233). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405. n. 87).
Litt. Bruun 244.

Gl. kgl. S. 450 fol. membr., sæc. xii, ff. 130, cm. 29,5×21,5. Litt. init. Folia pauca desunt.

f. 1—129': M. Junianus Justinus: *Epitoma historiarum Philippicarum Pompei Trogi.* „Cum multi ex Romanis × in formam prouincie redegit".

f. 130 [sæc. xiii—xiv]: *Annales Sorani 1202—1347.* (Ellen Jørgensen: Annales Danici medii ævi 142).

Prov. Dacia. *Poss.* Absalon archiepiscopus Lundensis. — Monasterium s. Marie in Sora ordinis Cisterciensis. (f. 129' [c. 1200]: „Liber sancte Marie de Sora per manum domni Absalonis archiepiscopi"). — Johannes Olai Slangendorpius † 1596. — Axel Juul de Meilgaard. (In folio preligato dedicatio Johannis Olai Slangendorpii manu ipsius scripta: „... tenebris diu suppressum et ante paucos annos in foro scrutario Hafniensi repertum ac generosissimo, clarissimo ac prudentissimo viro D. Absaloni Julio domino à Meielgaardt .... dono datum a Johanne Olai Slangendorpio Th. D."). — Tage Høg de Frøslevgaard. — Ciuis quidam Hafniensis. — Mogens Wingaard. (In foliis preligatis dedicatio Magni Wingardi ad Christianum V regem manu ipsius scripta: „.... Nec fere aliter ad manus meas, quod singulari Dei prouidentiæ et in me beneuolentiæ acceptum refero, circa Calendas Decembris anni nonagesimi primi supra millesimum sexcentesimum peruenit, postquam in biblioteca D. Thagonis Høeg domini de Frøslefgaard haud dubie diu latuerat, donec superstes bibliotheca, uulgaris quidem illa, ciui cuidam Hauniensi in possessionem cessit, a quo ego rogatus ut eandem bibliothecam æstimarem, supra laudatum manuscriptum emi"). — Codex a Magno Wingardo Christiano V regi anno 1691 donatus est.

Litt. Langebek: Scriptores rerum Danicarum V 456. — Monumenta Germaniæ historica XXIX 182. — Ellen Jørgensen: Annales Danici medii ævi (1920) 24, 142. — Chr. Bruun: Om nogle Haandskrifter af Justinus paa det kgl. Bibliothek. Kort Udsigt over det philologisk-historiske Samfunds Virksomhed (1856—1857) 24. — Dansk historisk Tidsskrift IX R. II 374.

Gl. kgl. S. 453 fol. membr., sæc. xv, ff. 83, cm. 27,4×19,5. Codex rescriptus, olim codex iuris canonici sæc. xiii, ut uidetur, scriptus.

f. 1—83': M. Junianus Justinus: *Epitoma historiarum Philip-*

picarum Pompei Trogi. „Cum multi ex Romanis × in formam prouincie redegit“.

Prov. Italia. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (f. 1: „Fridericus Rostgaard emit Venetiis 1699“. — Bibl. Rostg. 469 n. 240). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405 n. 88).

Gl. kgl. S. 452 fol. membr., sæc. xv, ff. 101, cm. 28×18,5. f. 1: Litt. init. arma primi possessoris includens.

f. 1—101': M. JUNIANUS JUSTINUS: *Epitoma historiarum Philippicarum Pompei Trogi.* „Primo uolumine continentur hec . . . . Cum multi ex Romanis × in formam prouincie redegit“.

Prov. Gallia. — *Poss.* f. 1: Arma primi possessoris, vid. tab. V n. 3, cf. J. Guigard: Armorial du bibliophile (1870—72) 137: Arma domini Huberti de Carmonne † 1527.

Gl. kgl. S. 451 fol. membr., sæc. xv, ff. 129, cm. 26,8×15,5. Litt. init. Post fol. 103 unum folium deest.

f. 1—129': M, JUNIANUS JUSTINUS: *Epitoma historiarum Philippicarum Pompei Trogi.* „Principio rerum gentium nationumque imperium × in formam prouincie redegit“.

Prov. Italia.

Litt. Bruun 231.

Thott 1201 4to chart., sæc. xv, ff. 19 („141“—„159“), cm. 23 ×16.

f. „141“—„159“: SEXTUS AURELIUS VICTOR: *Liber de uiris illustribus urbis Rome.* „Procha rex Albanorum Amulium et Numitorem × cremandum curauit“.

Prov. Italia. — *Poss.* I. P. Ludewig. (f. „141“ et in folio postligato note manu eius scripte. — Bibl. Ludewig. V 128 n. 602). Una cum codice Thott 1204 4to codex hic colligatus erat. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 444 n. 1201).

Thott 368 8vo membr., sæc. xv, ff. 50, cm. 16×10,6.

In foliis duobus preligatis fragmentum sæc. x: „//// quibusdam ciuitas et honestissimus locus ciuitatis datur. Hec ea ratione dicta sunt, ut constaret × quod nemini mirum /////“

f. 3—41: SEXTUS AURELIUS VICTOR: *Liber de uiris illustribus*

urbis Rome. „Procax Amulium et Numitorem filios habuit × et preciosissimis odoribus cremandum enim curauit".

f. 41—42: C. Plinius Secundus: *Historia naturalis VII 25, X 2.*

f. 43—46': *De uia uiuendi deligenda. Virtus Herculem in compito alloquens*. „Herculem Prodicus scribit quum primus ex pueris × si exercueris beatissimam utique felicitatem consequare ////"

Prov. Italia. — *Poss.* Bernardinus canonicus Patauiensis. (f. 51 [sæc. xv]: „Bernardini sacerdotis canonici Patauien."). — Collegium Agenense societatis Jesu. (f. 1: „Coll. Agen. soc. Jesu catal. inscrip.") — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 526 n. 368). — Codex in Anglia emptus. (f. 1: Nota pretii: „1 . 11 . 6").

Gl. kgl. S. 1906 4to membr., sæc. xiii, ff. 121, cm. 22,5×14,3.

f. 1—116': L. Anneus Seneca: *Epistule morales in 7 libros distincte*. „Ita fac, mi Lucili × quia nusquam tam anguste ero".

f. 117—121: Martinus Braccarensis: *De quattuor uirtutibus*. „Quatuor uirtutum species multorum sententiis diffinite × aut deficientem puniat ignauiam".

Poss. Fr. Lindenbrog. (Note manu eius scripte passim in codice inueniuntur). — Bibl. Gottorp. (Cat. Lindenbrog. n. 103. — Cat. Pechlin. n. 154. — Cat. Möllmann. n. 251).

Ny kgl. S. 57^b^ fol. chart., sæc. xv, ff. 200, cm. 31,5×21.

f. 1—67': L. Anneus Seneca: *Questiones naturales*. „Quantum inter philosophiam interest × leui manu querimus".

f. 67'—78: L. Anneus Seneca: *Liber prouerbiorum*. „Alienum est omne × propositum est".

f. 78—84': L. Anneus Seneca: *De prouidentia*. „Quesisti a me, Lucili × quod tam cito fit, diu timetis?"

f. 84'—92: L. Anneus Seneca: *De constantia sapientis*. „Tantum inter Stoycos, Serene × generis humani est".

f. 92'—105': L. Anneus Seneca: „*De beata uita*. Viuere, Gallio frater × qui laudat nauigationem".

f. 105'—117': L. Anneus Seneca: *De tranquillitate animi*. „Inquirenti michi in me × assidua cura circuit animum labentem".

f. 117'—127: L. Anneus Seneca: *De breuitate uite*. „Maior pars mortalium × ad faces et ceros ducenda sunt".

f. 127—135': L. ANNEUS SENECA: *Ad Polybium de consolatione.* „Nostra compares firma sunt × grauis fremitus et circumsonat".

f. 135'—170: L. ANNEUS SENECA: *De ira.* „Exegisti a me × nos immortalitas adheret".

f. 170—183: L. ANNEUS SENECA: *Ad Marciam de consolatione.* „Nisi te, Marcia, × qui ista iam nouit".

f. 183—193': L. ANNEUS SENECA: *Ad Heluiam matrem de consolatione.* „Sepe iam mater optima × uadit omnibus seculis".

f. 193'—195: „*De cura et modo familiarum.* Doceri cupis a nobis de cura × facias testamentum. Explicit liber de cura rei familiarum Lucii Annei Senece. Non est Senece, sed scribit eum quidam ad amicum suum".

f. 195—197': L. ANNEUS SENECA: „*De moribus.* Omne peccatum est actio × quibus, quicquid libuit, licuit".

f. 198—200: *Registrum.*

Poss. G. Kloss. (In interiore parte tegumenti signatura).

Gl. kgl. S. 1907 4to membr., sæc. xv (f. 10: „1417"), ff. 10, cm. 19,6×13,6. Litt. init.

f. 1—10: LUCIUS ANNEUS SENECA: *Liber prouerbiorum.* „Alienum est omne × Modica autem uoluntas laxat animos et temperat".

Poss. Thomas Bartholin † 1691. — Andreas Bussæus † 1735. — Fr. Rostgaard. (f. 1: „Th. Bartholin" manu ipsius script. — f. 1: „Fridericus Rostgaard". — Bibl. Rostg. 466 n. 214. — In commentariis suis sc. Ny kgl. S. 275c 8vo fol. 43 Rostgaard de hoc codice scribit: „Lucii Annei Senece liber prouerbiorum. Codex manuscriptus membraneus in 4to minori 19 paginarum. Fuit olim Thomæ Bartholini, sed mihi dono datus ab Antonio Bussæo"). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 51).

Gl. kgl. S. 212 fol. membr., sæc. XIII, ff. 286, cm. 35,7×25,3. Litt. init.

f. 1—2: „*Vita Plinii ex cathalogo uirorum illustrium* TRANQUILLI. Plinius Secundus nouem menses × in libris, quos Epopthydon scripsit".

f. 2—286': C. PLINIUS SECUNDUS: *Historia naturalis I—XXXVII*

13. „Libro secundo continetur ⨉ pluribus modis constant primum pondere /////"

Prov. Gallia. (f. 138': Nomen scriptoris [?]: „Perraud Jo"; in f. 286' idem nomen scriptum esse uidetur, sed rasura deletum est). — *Poss.* Conuentus sancti Victoris Parisius. (Folia codicis manu bibliothecarii Claudii de Grandrue signata. In imo margine folii primi nomen conuentus una cum scuto ceruleo depictum erat, nunc autem pene deletum est). — Fr. Lindenbrog [?]. — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 58. — Cat. Pechlin. n. 4).

Litt. D. G. Morhof: Polyhistor (1747) I 66, 890.

Gl. kgl. S. 444 fol. membr., sæc. XI, ff. 15, cm. $37{,}_7 \times 24{,}_7$.

f. 1—15': „*Liber* JULII SOLINI *de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus, que mundi ambitu continentur*". „Cum et aurium clementia ⨉ congruere insularum qualitatem".

Poss. Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 59 uel n. 60. — Cat. Pechlin. n. 91 uel n. 107. — Cat. Möllmann. n. 260).

Litt. C. F. Lüdecke: Mittheilungen über zwei wichtige Handschriften des Julius Solinus. Programm der Hauptschule zu Bremen 1866. — C. Julii Solini collectanea rerum memorabilium. Recensuit Th. Mommsen (1895) XXXV.

Gl. kgl. S. 443 fol. membr., sæc. XIII, ff. 47, cm. $32{,}_6 \times 21{,}_2$.

f. 1—42': JULIUS SOLINUS: „*Collactanea uel polihystoria uel memorabilia.* Julius Solinus Aduento salutem. Cum et aurium clementia ⨉ congruere insularum qualitatem".

f. 42': *De Noruegia, Islandia, Scotia, Hibernia etc.* „Norueghe. Halilande. In hac terra lucet sol 15 diebus continue ⨉ 43 insule, que inhabitantur, Arregweite, Kentire, Nessunt, Man". (C. Julii Solini collectanea rerum memorabilium. Rec. Th. Mommsen (1895) 236).

f. 43—46: „*Inuentio sancte crucis.* Tempore illo cum religiosissimus imperator Constantinus ⨉ Quicunque uero memoriam faciunt sancte crucis, accipient partem cum sanctis et electis Dei et regnabunt in secula seculorum". (Bibl. hagiogr. Lat. n. 4171).

f. 46—47': „*Qualiter sancta crux de Iherosalimis fuerit in Persas translata et ab Heraclio imperatore Romanorum ibidem restituta.* Tempore illo postquam Constantino Augusto

contra Maxentium × perseuerauit in fide chatolica prestante Domino nostro . . . .". (Bibl. hagiogr. Lat. n. 4178).

Poss. Fr. Lindenbrog. (f. 1: „Frid. Lindenbruch"). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 59 uel n. 60. — Cat. Pechlin. n. 91 uel n. 107. — Cat. Möllmann. n. 261).

Litt. C. F. Lüdecke: Mittheilungen über zwei wichtige Handschriften des C. Julius Solinus. Programm der Hauptschule zu Bremen 1866. — C. Julii Solini collectanea rerum memorabilium. Recensuit Th. Mommsen (1895) XXXIV.

Gl. kgl. S. 2074 4to chart., sæc. xv (f. 73: „1446"), ff. 76, cm. $21{,}_2 \times 14{,}_2$. Tegum. in Italia factum.

f. 1—73: Pomponius Mela: *De situ orbis.* „Orbis situs dicere aggredior × Atlantici littoris terminus. Cosmographie Pomponii Mele liber tertius et ultimus terminatur per Victorem Bergomensem, Guarini Veronensis oratoris nostre etatis clarissimi discipulum 1446".

f. 73' [manu secunda]: P. Ouidius Naso: *Fasti I 1—9.* „ | Tempora cum causis Latium digesta per annum | × | inuenies illic et festa domestica uobis | ".

Prov. Italia. — *Poss.* Jacobus Jacobilli. (f. 1: Inscriptio: „Jacobi Jacobilli" una cum armis eius, uid. tab. V n. 4; cf. Thott 28 8vo). — P. Scavenius. (In interiore parte tegumenti: „No 2 in Q". — Bibl. Scav. 368 n. 2).

Litt. Werlauff 309.

Gl. kgl. S. 1847 4to membr., sæc. xv, ff. 67, cm. $25{,}_5 \times 18$. Prima pagina decorata.

f. 1—64: S. Julius Frontinus: *Strategematum libri 4.* „Cum ad instituendam rei militaris scientiam × et nauali et pedestri prelio uicti sunt".

f. 65—66': „*Nomina supremorum imperatorum in hoc uolumine scriptorum*".

Prov. Gallia. — *Poss.* f. 1 in littera initiali arma primi possessoris pene deleta. — Willelmus de Dormano. (f. 64). — Ant. Galland. (f. 1: „Ex Musæo A. Gallandii 1696 . . . .") — Du Val (f. 1). — Fr. Rostgaard. (In fol. preligato: „Fridericus Rostgaard Parisiis emit 1697". — Bibl. Rostg. 467 n. 224). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 405 n. 89).

Litt. Bruun 273.

Gl. kgl. S. 338 fol. chart., sæc. xv, ff. 26, cm. 29,8×20.

f. 1: *Ex libro XVIII Etymologiarum* ISIDORI.

f. 1—26': FLAUIUS VEGETIUS RENATUS: *Epitoma rei militaris.* „Antiquis temporibus × quam uetus doctrina monstrauerat".

Prov. Germania. — *Poss.* Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin. n. 18. — Cat. Möllmann. n. 264). Cod. Gl. kgl. S. 338 fol. cum Gl. kgl. S. 718 et Gl. kgl. S. 380 colligatus erat.

Gl. kgl. S. 1987 4to chart., sæc. xv, ff. 108, cm. 20,4×15.

f. 1—108': M. TERENTIUS VARRO: *De lingua Latina.* „Quemadmodum uocabula × ut in seruis".

Prov. Italia. — *Poss.* Fr. Rostgaard. (f. 1: „Fridericus Rostgaard". — Bibl. Rostg. 462 n. 173). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 404 n. 67).

Litt. Seebodes Archiv für Philologie und Pädagogik I (1824) 120, 814. — M. Terentius Varro: De lingua Latina. Ed. L. Spengel (1826) X. — Werlauff 309, 388.

Gl. kgl. S. 1988 4to membr., sæc. XII, ff. 138, cm. 22,7×16. Litt. init. Liber mutilus et male compactus.

f. 1—137: „*Ars* PRISCIANI uiri eloquentissimi grammatici. Cum omnis eloquentie doctrinam × | Nam neque erant astrorum ignes nec lucidus ethra | siderea polus | ".

Prov. Gallia. — *Poss.* Conuentus s. Victoris Parisius. (f. 3: „Iste liber est sancti Victoris Parisiensis. Quicunque eum furatus fuerit uel celauerit uel titulum istum deleuerit, anathema sit. Amen". — f. 1: Signatura conuentus s. Victoris: „Jhesus. Maria. S. Victor. S. Augustinus" una cum scuto ceruleo deleta est; modo legitur: „Jhesus. Maria .... S. Augustinus". — f. 137: Nota bibliothecarii Claudii de Grandrue: „Que secuntur hic habentur, scilicet Prisciani maioris artis grammatice sexdecim libri. Primus 1. Secundus 9. Tertius 18. Quartus 24. Quintus 28. Sextus 37. Septimus 52. Octauus 67. Nonus 83. Decimus 92. Undecimus 102. Duodecimus 109. 14 119. 15 127. 16 134. *A.* ab accidentibus. *B.* scilicet 135 Virgilius in septimo. *C.* 136 et usque 138"). — Fr. Lindenbrog. (f. 1 et f. 138: Note manu Fr. Lindenbrogii scripte). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 113. — Cat. Pechlin. n. 156).

Gl. kgl. S. 1989 4to membr., sæc. XIV, ff. 102, cm 22×14. Codex ab initio mancus; quaterniones I et II desunt.

f. 1—101': PRISCIANUS CESARIENSIS: *De octo partibus orationis libri XVI.* „//// sapiencior et hoc sapiencius. hic et hec et hoc iners × | siderea polus | “.

Poss. Ecclesia beate uirginis in Hamburg. (Bibl. capit. Hamb. (1784) 273 n. 3357). Codex in auctione capituli Hamburgensis anno 1784 emptus est.

Gl. kgl. S. 420 fol. membr., sæc. XV, ff. 204, cm. $28{,}_7 \times 21{,}_2$. Litt. init. Note marginales sæc. XV lingua Latina et Greca scripte. Tegum. uetus in Italia factum.

f. 1—204: A. GELLIUS: *Noctium Atticarum libri XX.* „Plutarchus in libro, quem × quicquid in libro queri inuenirique possit“.

Prov. Italia.

Litt. Bruun 273, — A. W. Cramers kleine Schriften hrsg. v. H. Ratjen (1837) Einl. XLVII et sepius.

Ny kgl. S. 218 4to membr., sæc. XI, ff. 50, cm. $23{,}_9 \times 14$. Litt. init. et figure textum illustrantes. f. 25: Mundus depictus est, quem humeris sustinent 4 gigantes. Glosse interlineares et marginales. Codex ab initio mancus.

f. 1—49': MACROBIUS: *Commentum in somnium Scipionis.* „///// altitudinis dimensionis constat × uniuersa philosophie continetur integritas.“

f. 16'—19 [in marginibus manu sæc. XIV script.]: *Formule magice.* „Si caput uespertilionis ponis sub capite dormientis × uasa querere“.

f. 20' [in margine eadem manu sæc. XIV]: *Adnotationes astronomice de annis 1363 et 1382.*

f. 21' [in margine eadem manu script.]: *Formula magica.* „*Ad amorem mulierum.* Descendat amor meus in mente tua × habebis quantum uixeris“.

Poss. Jean Dartis. — Monasterium s. Germani de Pratis. (f. 1: „Ex dono c. v. Joannis Dartis 1651“; cf. L. Delisle: Le cabinet des manuscrits II 45). -- D. G. Moldenhawer. (Donatio Moldenhaweriana ex anno 1824 n. 68).

Litt. Bruun 56. — Ada Adler: D. G. Moldenhawer og hans Haandskriftsamling (1917) 224, 268. — Greek and Latin illuminated manuscripts in Danish collections (1921) 47, LXI, LXII.

Gl. kgl. S. 1909 4to membr., sæc. XI, ff. 51, cm. $19{,}_9 \times 12$. Litt. init. et figure nonnulle penna delineate.

f. 1—3': *Ex libro VI de republica* M. Tullii Ciceronis. *Somnium Scipionis*. „Cum in Affricam uenissem × Ille discessit, ego somnio solutus sum".

f. 3'—51': „Macrobii Ambrosii Theodosii *commentum in somnium Scipionis ex Ciceronis sexto R. P. libro exceptum*. Inter Platonis et Ciceronis libros × uniuersa philosophie continetur integritas".

Poss. Bibl. Gottorp. (Cat. N. Heinsii n. 81. -- Cat. Pechlin. n. 136 uel n. 254).

Gl. kgl. S. 1910 4to membr., sæc. xii, ff. 130, cm. 19,5×12,5. Tegum. uetus. Olim liber catenatus.

f. 2'—127': *Glosse in commentum Macrobii in somnium Scipionis*. „Plato omnium philosophorum doctissimus decem uolumina de republica composuit × dicendum est in hoc opere contineri integritatem philosophie".

f. 128—130: *Adnotationes mathematici argumenti*.

Prov. Domus s. Marie in Nouomonasterio. — *Poss.* Domus s. Marie in Nouomonasterio, postea in Bordesholm translata (f. 2 [sæc. xii]: „Liber sancte Marie uirginis in Nouomonasterio". — Cat. Bordesholm. ex anno 1488 n. „G 26"). — Bibl. Gottorp. (Cat. N. Heinsii. n. 81. — Cat. Pechlin. n. 136 uel n. 254).

Litt. Zeitschrift der Gesellschaft für Schlesvig-Holstein-Lauenburgische Geschichte XIV 95.

Gl. kgl. S. 421 fol. membr., sæc. xii, ff. 82, cm. 27,5×17,2. Note in marginibus et inter lineas scripte.

f. 1—54: Martianus Capella: *De nuptiis philologie et Mercurii. Libri I—II.* „ | Tu quem psallentem thalamis, quem matre Camena | × | faueantque Muse et chelis Latoia | ".

f. 54: *Cryptogramma.*

f. 54'—55: *Duo scholia.*

f. 55—59: Boethius: *De differentiis topicis. Liber IV.* „Si quis operis titulum diligens × expeditum est. Explicit quartus topicorum". (Migne PL 64. 1205).

f. 59'—81': Martianus Capella: *De nuptiis philologie et Mercurii. Liber VIII.* „Mundus igitur ex quattuor elementis × retrogradari facit".

Poss. Fr. Lindenbrog. (f. 1: Titulus manu Fr. Lindenbrogii scriptus). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 68. — Cat. N. Heinsii n. 56. — Cat. Pechlin. n. 166).

Gl. kgl. S. 1905 4to membr., sæc. XII—XIII, ff. 157, cm. 19,8 × 12,4. Codex ex quattuor manuscriptis compositus sc. Ms. *A*: f. 1—61', Ms. *B*: f. 62—122', Ms. *C*: f. 123—141', Ms. *D*: f. 142—157. Tegumentum, sepius „S“ impressum, in monasterio s. Marie in Bordesholm factum; cf. Gl. kgl. S. 1571 4to. Olim liber catenatus.

f. 1: *Vita Boethii* „//// ultima semper expectanda dies × dum leuibus malefi. etc.“

f. 2—59': Boethius: *De consolatione philosophie.* „ | Carmina qui quondam studio florente peregi | × cuncta cernentis“.

f. 60: *Note uarie.*

f. 60'—61': Adelmannus *scholasticus Leodiensis*: *Versiculi iuxta ordinem alphabeti digesti de uiris illustribus sui temporis.* „ | Armonice facultatis aspirante gratia | × | ter quaternos quatersenis minus uno uersibus | “. (Oeuvres de Julien Havet II 97).

f. 63'—122: M. Tullius Cicero: *De officiis.* „Quamquam te Marce × preceptisque letabere“.

f. 123—123': *De dictionum scientia.* „De dictionum scientia grata rudibus documenta euidenter ministrare desiderantes × principiis inueniuntur“.

f. 124'—138: Claudius Claudianus: *De raptu Proserpine.* „ | Inuenta secuit, qui primum naue profundum | × | Pars stupefacta silet, pars exterrita latrat | “. (f. 132'—133 insertus est *Panegyricus de sexto consulatu Honorii Augusti* per eundem Claudianum compositus).

f. 138'—139': *Commentarius in fabulas Auiani.*

f. 139—141: *De operibus Ouidii.*

f. 142—147: Hildebertus *Cenomanensis episcopus:* „*Passio beate Agnetis*“. „ | Agnes sacra sui mentem scriptoris inauret | × | uirtutum titulis uindicat Agna sibi | “. (Migne PL 171, 1307).

f. 147—157'; „*Passio beate Katherine pie uirginis*“. „ | Metrorum signabo notis quod filia Costi | × | Quando tuum replicat anni reuolutio festum | “.

Poss. Domus s. Marie in Nouomonasterio in Holsatia, postea in Bordesholm translata. (f. 1' [sæc. XII]: „Liber sancte Marie in Nouomonasterio“. — Catalogus Bordesholm. ex anno 1488 n. „F 16“). — Bibl. Gottorp. (Cat. H. Lindenbrog. n. 108. — Cat. Pechlin. n. 146. — Cat. Möllmann. n. 265).

Litt. A. Wetzel: Die Reste der Bordesholmer Bibliothek in Kopenhagen. Zeitschrift der Gesellschaft für Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte XIV 80. — Oeuvres de Julien Havet II 89.

Ny kgl. S. 213ᵇ 4ᵗᵒ membr., sæc. XIII, ff. 40, cm. 20,6×14,8. Liber mutilus, nam inter f. 34 et f. 35 folia nonnulla desunt.
f. 1': *Varie note.*
f. 2—4': *Glosse in disticha Catonis.* „Materia Catonis in hoc opere sunt boni mores × filio suo et nobis omnibus. Expliciunt glose Catonis“.
f. 4'—7': *Glosse in fabulas Auiani.* „Rustica deflenti etc. Que sit materia, que sit intencio, que utilitas huius auctoris inquirendum est × ut peius ualeamus per illud uitare. Amen. Explicit Auiani glosa“.
f. 7'—13: *Glosse in artem poeticam Horatii.* „Materia huius auctoris in hoc opere est ars poetica. Intencio uero dare precepta de arte poetica × sit plenus tedio et languoribus. Expliciunt glose super poeticam Oracii“.
f. 13—13': *Note breues de elegiis Maximiani, de arte amoris Ouidii, de fastis Ouidii.*
f. 14—24: *Glosse in epistolas Horatii.* „Prima dicte mihi etc. In hoc auctore ista sunt requirenda: Quam materiam habet, que sit intentio auctoris principalis × prouocat iram“.
f. 25—29': *Glosse in psychomachiam Aurelii Prudentii Clementis.* „Cum 6 sint in unoquoque auctore inquirenda, similiter et in isto: Vita poete, titulus operis × fallere id est fefellisse“.
f. 29'—34: *Glosse in epistolas Ouidii ex Ponto.* „Liber iste intytulatur Ouidii de Ponto. Et notandum quod aliquando tytulus sumitur a nomine auctoris × quantum ad me ////“.
f. 35—40: *Glosse in sententias Prosperi Aquitani ex operibus s. Augustini desumptas.* „///// cesaris reddatur cesari et ymago Dei reddatur Deo × quibus non indiges debes erogare. Amen“.
Poss. G. Kloss. (In interiore parte tegumenti: „Georgius Kloss ....“).

Ny kgl. S. 223ᵇ 4ᵗᵒ membr., sæc. X, ff. 94, cm. 19,5×14. Diuersis manibus scriptus. Codex ab initio atque in fine mancus.
f. 1—94': *Commentarius super carmen paschale Sedulii.*

„//// Inde id est post baptismum × qui dicunt Mariam Salome matrem fuisse Domini propter interpretationem nominis ////“

Poss. Monasterium s. Jacobi Leodii ordinis s. Benedicti. (f. 1: „Liber sancti Jacobi in Leodio“). — G. Kloss. (In interiore parte tegumenti: „Georgius Kloss M. D. Francofurti ad Moenum“).

Thott 405 fol. chart., sæc. xv, ff. 12, cm. $28{,}_2 \times 20{,}_6$. Inter lineas multe correctiones.

f. 1—12: Maphaeus Vegius Laudensis: *Supplementum Eneidos Vergilii, premisso argumento.* „ | Turnus ut extremo deuictus Marte profudit | × | Indigetem appelat, temploque imponit honores | “. [Eadem manu, qua correctiones scripte sunt, addita est hec nota]: „Finis hec sit in lib. III. Guil. Gouda“.

f. 12': Octauianus imperator *de Vergilio.* „ | Ergone supremis potuit uox improba uerbis | × | Pulcher Apollo ueta. Muse prohibete Latine | “.

Prov. Belgium. — *Poss.* Guilhelmus Gouda. — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 310 n. 405).

Thott 400 fol. chart., sæc. xv, ff. 47, cm. $31{,}_4 \times 20{,}_5$.

f. 1: „*Nullus bibat, nisi soluat.* | Ille uir ore libat, cuius manus es mihi libat | × | Si bis, ter uel bibis nec soluas, turpiter ibis | . Stant man curz edder langk | gilt dranck edder ganck da de gank dranck | “.

f. 1: *De eclipsi solis.* „ | En nuper patule patuit tibi solis eclipsis | × | quando tibi circus sol quasi teter erat | “.

f. 2—14': P. Ouidius Naso: *Remedia amoris, cum glossis marginalibus et interlinearibus.* „ | Legerat huius Amor titulum nomenque libelli | × | carmine sanati femina uirque meo | “.

f. 14': *Num licet uoluere libros Nasonis?* „ | Queritur an liceat Nasonis uoluere libros | × | quare Nasonis hunc lego non alios | “.

f. 15—43': Ps. Ouidius: *De uetula, cum glossis, premisso argumento* Leonis prothonotarii sacri palacii Bisanthei. „ | Ouidius Naso Peligni ruris alumnus | × | gracia sit nobis et mete nescia uita | “.

f. 44—46: Ps. Ouidius: *De nuce.* „ | Nux ego iuncta uie cum sim sine crimine uite | × | infelix perii dotibus ipse meis | “. (Baehrens: Poetæ Latini minores I 90; sed codex noster plus continet).

f. 46'—47: *De tribus nymphis Veientibus.* „ | Ibam forte uia quadam nullo comitante | solus amor mecum, qui solet esse, fuit | dumque meos uersus facio meditorque puellam | cui possum uersus mittere, quos facio | × | constans in medio Paridis referebat amores | hec sibi namque magis cantio nota fuit | ////“

Prov. Germania. — *Poss.* O. Thott. (Bibl. Thott. VII 310 n. 400).

Ny kgl. S. 159^{d} 4to chart., sæc. xv exeunt., ff. 54, cm. 21,$_{2}$×15,$_{4}$. Note marginales et interlineares.

f. 1': *De Valeria Proba.* „Proba mulier elegantissima Adelphi cuiusdam proconsulis Romani uxor × tam Grecarum tam Latinarum litterarum eruditissima nacioneque Romana“.

f. 2—15: Valeria Proba: *„Virgiliocentones ueteris et noui testamenti.* | Jamdudum temerasse duces pia federa pacis | × | certatim largos humeris effundere rores | “. (Migne PL 19. 803—811).

f. 16: *De nouem musis, de nereidibus etc.*

f. 17—19: Q. Horatius Flaccus: *Carmen seculare.* „ | Phebe siluarum potensque Dyana | × | dicere laudem | “.

f. 19'—21: *Carmen de sancto Johanne baptista.* „ | Ut queant laxis resonare fibris | × | parce redemptis | “.

f. 21—22': „*Carmen saphicum de amore*“. „ | Ille qui quondam comitatus ampla | × | regule preses | “.

f. 23—26: *De metris.* „Januensis in Katholicon dicit de metro × trocheus, qui habet primam longam et breuem secundam“.

f. 26': P. Vergilius Maro: *Eneis IV 173—188.*

f. 27: P. Ouidius Naso: *Epistula ex Ponto III 2. 45—58.*

Prov. Dacia. — *Poss.* Fraternitas kalendarum corporis Christi in Morkerken. — O. H. Moller. (f. 1 manu Jacobi Langebekii scriptum: „Foræret af Hr. Professor Moller i Flensborg 1754 in Dec."). — Kgl. danske Selskab for Fædrelandets Historie og Sprog.

Litt. Dänische Bibliothek VIII (1746) 189. — G. Clæden: Monumenta Flensburgensia I (1768) 617. — H. N. A. Jensen: Angeln zunächst für die Angler (1844) 189. — C. Nyrop: Danmarks Gilde- og Lavsskraaer fra Middelalderen I (1899—1900) 486.

Gl. kgl. S. 3199 4ᵗᵒ chart., sæc. xv exeunt, et sæc. xvi ineunt., ff. 14, cm. 22×15,5. Folio 14 schedula chartacea adglutinata est. Complura folia e codice erepta. Tegumentum membranaceum, in quo inscriptio hec: „Statuta facultatis utriusque juris". Manu sæc. xvi additum est: „och Copier aff nogre kong Hanses breffue", que uerba expuncta sunt.

f. 1—12 [sæc. xv exeunt.]: „*Statuta facultatis utriusque iuris uniuersitatis Hafniensis.* Quoniam in omnibus maxima sunt Dei dona × idem suggesserit equitatis“. (Langebek: Scriptores rerum Danicarum VIII 347).

f. 13—13' [sæc. xvi ineunt.]: *Annotata de primis doctoribus facultatis utriusque iuris.* „Petrus Alberti artium et decretorum doctor × in qua quidem repetitione affuit serenissimus Dominus rex Dacie etc. Dominus Cristiernus a principio actus usque ad finem anno Domini 1516 quinta feria penthecostes“. (Ibid. 355).

f. 14 [in scheda adglutinata, eadem manu sæc. xvi script.]: *Ex actu doctorali* NICOLAI PETRI DE WORBERG. „Jhesu Christi nomine inuocato × argumentis et documentis illustrarunt“. (Ibid. 356).

In interiore parte tegumenti manu sæc. xvi script.: „1530 Lutherani ecclesiam collegiatam Haffniensem prophanabant sed 1531 quarta feria in octauas Martini restituunt“.

Prov. Dacia. — Ex archiuo regni anno 1784.

Litt. R. Nyerup: Vort Fædrelands Litteratur i Middelalderen (1804) 410. — Werlauff: Kiøbenhavns Universitet fra dets Stiftelse indtil Reformationen (1850) 55. — H. Matzen: Kjøbenhavns Universitets Retshistorie I (1879) 75. — Gigas: Katalog over det store kgl. Bibliotheks Haandskrifter vedr. Norden, særlig Danmark II (1906) 66.

Ny kgl. S. 718 fol. membr. et chart., sæc. xv—xviii, ff. 16 (10 ff. membr. + 6 ff. chart.), cm. 32×23. Folia nonnulla desunt. Tegumentum uetus foliis antiphonarii sæc. xii obductum.

Anniuersariorum et statutorum liber uicariorum perpetuorum in ecclesia Roskildensi.

f. 1 [sæc. xv ineunt.]: „Protestor quod uelim facere residenciam personalem apud ecclesiam sancti Lucii Roskidis anno nunc futuro et seruire Deo et ecclesie sine fraude pro meis uiribus“. — [sæc. xvi]: „Protestatio nouitiorum. Ego N. promitto et obligo me subiectum esse statutis et ordinationibus uicariorum Roschildensium atque ea pro uirili mea iuxta conscientiam meam obseruaturum. Sic me adiuuat Deus“.

f. 1' [sæc. xv]: „Nota, bona distribucionum perpetuorum uicariorum in ecclesia Roskildensi. Primo quatuor tabernas contigue prope forum apud cimiterium sancti Olaui Roskidis sitas,

quas dedit felicis recordacionis dominus Petrus, condam episcopus Roskildensis, dictis perpetuis pro cotidianis distribucionibus in summis missis".

f. 2—6' [manibus diuersis sæc. xv—xvi]: „Anniuersaria per dominos perpetuos uicarios in ecclesia Roskildensi omni anno celebranda" i. e anniuersaria mensium Jan. Febr. Oct. Nou. Dec., quoniam folia quatuor inter f. 3 et f. 4 exscissa sunt. (Langebek: Scriptores rerum Danicarum VI 592).

f. 2' [sæc. xv]: Ordinationes uicariorum perpetuorum de anniuersariis uicariorum celebrandis dat. 1450 $^{23}/_{9}$. (Langebek: Scriptores rerum Danicarum VI 592).

f. 7 [sæc. xv]: Littere dat. 1489 $^{5}/_{4}$, quibus perpetui uicarii Johannem Laale capellanum regis Johannis in collegium suum asciscunt. (Ibid. 596).

f. 7' [sæc xv]: Littere dat. 1487 $^{21}/_{11}$, quibus Boo Mattsen prior atque uicarii perpetui fatentur se duo milia marcarum a Dorothea regina Dacie accepisse. (Ibid. 596).

f. 8 [sæc. xv]: Littere dat. 1470 $^{1}/_{5}$, quibus Olauus Martini, episcopus Roskildensis, annum gratie uicariis perpetuis concedit. (Ibid. 597).

f. 8' [sæc. xv]: Littere dat. 1440 $^{20}/_{12}$, quibus Johannes, episcopus Roskildensis, annum gratie uicariis perpetuis concedit. (Ibid. 598).

f. 9—10 [sæc. xv—xvi]: „Statuta perpetuorum uicariorum ecclesie Roskildensis". (Ibid. 599).

f. 11—12 [sæc. xvi]: „Statuta confirmata anno Domini 1554". (Ibid. 601).

f. 12'—16 [sæc. xvi—xvii]: „Confirmatio fratrum per manuum appositionem. Ego Laurentius Asceri, prior uicariorum Roschildensium, suprascripta statuta ueluti pietati consona decerno et approbo et eisdem ut strenue obseruandis manu propria subscribo. × Seuerinus Liungby comminister ad divi Lucii die 12. Julii 1668". (Ibid. 603).

f. 16 [sæc. xviii]: Rationes et note diuerse. (Ibid. 606).

Prov. Roskildia. — *Poss.* Collegium uicariorum perpetuorum in ecclesia Roskildensi. — Christopherus Johannis Schulz, prepositus ecclesie Roskildensis. (Littere Christopheri Giessing dat. Roskildis 1774 $^{31}/_{10}$ codici nostro adfixe. — Scriptores rerum Danicarum VI 591). — P. F. Suhm. (Mss. Suhm. 821).

Ny kgl. S. 1892 fol. membr., sæc. xv, cm. $30 \times 20{,}7$. Modo unum folium, quod „87“ signatum est.

Fragmentum actorum processus s. Ingridis Skeningensis. „///// Esberni etc. Paulus Hemingi ciuis Skeningensis etatis 32 annorum × Prouidus uir Jacobus Lemekeswen ciuis Skeningensis etatis 53 annorum, ut dixit, testis productus, iuratus ////“

Prov. Suecia. — Hoc folium ante multos annos in bibliotheca Regia repertum sine dubio Gl. kgl. S. 2438 4to pro tegumento seruiebat. Litteris maiusculis „II HIST. DAN. MISCELLA.“ inscriptum est eodem modo, quo sepius libri manuscripti Andreæ Seuerini Velleii inscripti sunt. Aliud folium eiusdem codicis, „78“ signatum, „MARSK STIG“ manu Andreæ Seuerini Velleii inscriptum, in bibliotheca uniuersitatis Hafniensis repertum est. (Antiquarisk Tidsskrift för Sverige V (1895) 463).

Litt. Ellen Jørgensen: Et Brudstykke af den hellige Ingrid af Skenninges Helgenproces. Bok- och Bibliotekshistoriska Studier tillägnade Isak Collijn (1925) 71.

Ny kgl. S. 1432 fol. membr., sæc. xvi ineunt., ff. 55, cm. $27{,}5 \times 20$. Tegum. uetus. Codex mutilus.

f. 1 [sæc. xvi]: „Anno Domini 1521 martirizatus et submersus fuit uenerabilis pater abbas Arwidus cum conuentualibus suis a nephandissimo tiranno Cristierno rege Danorum, qui eciam decapitare fecit episcopos et nobiles quamplurimos regni Swecie conciliarios. Ideo expulsus per strenuissimum et serenissimum nobilastam Gøstawum Erikson et inde euanuit ut promeruit predictus Cristiernus in pudore et confusione permaxima etc.“

f. 1 [sæc. xvi]: „Anno Domini 1524 dominica Inuocauit reconciliatum est monasterium Noue Vallis cum capella mulierum et cemiteriis utrisque per reuerendum in Christo patrem et Dominum D. Johannem Dei et apostolice sedis gracia episcopum Lincopensem et facta confirmacione et reconciliacione consecrauit et benedixit fratrem Johannem Martini conuentualem Alwastrensem in abbatem Noueuallensem post decessum abbatis Arwidi, cuius anima in pace requiescat, qui eciam benedixit tabulam summi altaris cum ceteris imaginibus non benedictis etc.“

f. 2—55': *Liber copiarius monasterii beate Marie in Nydala ordinis Cisterciensis.*

Prov. Suecia. — *Poss.* Monasterium beate Marie in Nydala. — Jacobus Serenius episcopus Strengenesensis. (Cod. Ups. E 175 p. 25. — J. G. Liljegren: Svenskt Diplomatarium I xii). — J. Langebek. (Bibl. Langebek. 537 n. 90). — P. F. Suhm. (f. 1': „Liber preciosus monasterii Nydalensis scriptus initio sæculi 16, nimis prohdolor mutilus P. F. Suhm").

CODICES MATHEMATICI, ASTRONOMICI, MEDICI, CHEMICI ETC.

Gl. kgl. S. 277 fol. membr., sæc. XIII, ff. 87 (sc. „86"—„117", „135"—„143", „145"—„146", „148"—„159", „161"—„167", „169"—„193"), cm. 30,9×22. Litt. init. Multe figure mathematice. Codex mutilus.

f. „86"—„88": *Abacus.* „///// magis utuntur. As igitur habet unum deuncem × et remanent sex".

f. „88"': *Figura arithmetica.*

f. „88"—„88"': „*Regule in rithmathiam.* Quinque genera inequalitatis ex equalitate procedere manifestum est × uel obsessi".

f. „88"'—„89": „*Distinctio uocabulorum et quantitatum in minuciis.* Minima pars est calculus × habet sextaria centum".

f. „89": *Diuisio libre.* „| Libra uel as ex unciolis constat duodenis | × est medietas calci".

f. „89": „*De portionibus uel mensuris in arte medicine.* Pondera autem uel mensure minimi gradi secundum grana × libra sic ÷".

f. „89"—„89"': „*Alphabetum Grecum et numerus Grecorum*".

f. „89"'—„98": JOHANNES DE SACROBOSCO: *Compotus.* „Compotus est scientia considerans tempora ex solis et lune motibus × unde homo magni eui dicitur ////"

f. „98"'—„99"': *Calendarium.*

f. „100"—„101": *Varie tabule.*

f. „102"—„113"': EUCLIDES: *De elementis geometrie, cum figuris.* „Punctus est, cui non est pars × corpus duodecim basium pentagonalium equalium laterum figuraliter componere. Explicit".

f. „113"'—„114": *Diuerse figure mathematice.*

f. „114"'—„117"': „*Operationes et figure quedam excerpte de arte geometrica.* Geometricales tractandi diuersitates × undique rotundum et tenuem quantum potest fieri. Hoc ////"

f. „135"—„145"': *Cosmographia* „///// Gelboe contra orientem Syropolis ciuitas supra cuius muros suspenderunt capud Sauli

× tam preterito quam futuro exclusis, presentia sunt omnium merita sine fine".

f. „145"'—159"': „*Septima liberalium artium scientia sc. astrologia.* Tribus modis locuntur auctores de superioribus × uicium in oculo hominis accusat, colorem ///////"

f. „146" [manu coeua, in imo margine]: „*Ordo mathematicam addiscendi.* Primo audiantur, que sunt introductoria, scilicet algorismus, spera, compotus, arismetica Boecii, musica eiusdem × Aomor de natiuitatibus, Centilogium Ptholomei".

f. „161"—„163"': MARTIANUS CAPELLA: *De nuptiis Philologie et Mercurii.* [Ex libro VIII]. „///// pedem per ipsum pectus eius ceruicemque consurgit × declinare aut retrogradari facit. Explicit astrologia Martiani".

f. „163"'—„167": „*Tractatus* HUMBERTI *astrologi.* Super geometrie practica ponentes × prescribantur integro, subtilius erit opus. Explicit minucimetria Humberti astrologorum peritissimi".

f. „169"—„173"': JOHANNES DE SACROBOSCO: „*Tractatus de spera.* Tractatus de spera quattuor capitulis distinguimus × aut mundana machina dissoluitur".

f. „174"—„175"': HERMANNUS CONTRACTUS: *Libellus de metiendo astrolabio.* „Hermannus Christi pauperum . . . . In metienda igitur × alias debet notificari".

f. „175"'—„178"': HERMANNUS CONTRACTUS: „*De utilitatibus astrolabii.* [Liber I]. Quicunque astronomice peritiam discipline × poteris fabricare horolgia".

f. „178"'—„183": *Varia ad scientiam astronomicam pertinentia, cum tabulis.*

f. „183": *Tabula natiuitatis.* „Hanc tabulam collegit magister Philippus Januensis, inuentam astronomicis argumentis de natiuitate domini sui Friderici, filii Friderici Romanorum imperatoris, quem Beatrix Augusta enixa est anno Domini 1164 Julii 16. die, 5. feria, hora 3. in ciuitate Papia, et deprehense sunt ab eo planete tunc in eisdem signis et gradibus extitisse".

f. „183"'—„190"': *Tabule de motibus astrorum.*

f. „190"'—„193"': „*Qualiter algorismo sit utendum in negotio tabularum istarum*".

Poss. f. „86": „H. L. B".

Ny kgl. S. 100 8vo membr., sæc. xv, ff. 86, cm. 12,4×7,2. Litt. init. Figure geometrice auro picte. f. 1': Mulier tunica

uiridi et stola rubra uestita instrumenta geometrica manibus tenens depicta est.

f. 3—86: „EUCLIDES: *De elementis geometrie.* Punctus est, cuius pars non est × Fabricato quouis quinque regularium corporum sibi speram inscribere".

Poss. f. 2: Arma primi possessoris, uid. tab. VI n. 6 — f. 1: Arma possessoris cuiusdam sæc. XVIII, uid. tab. VII n. 1. — Jacob Sletting. (f. 1: „J. Sletting". In fol. preligato: „Jacob Sletting d. 14. December 1813").

Ny kgl. S. 275ª 4to membr., sæc. XIII, ff. 85, cm. $20{,}4 \times 14{,}4$. Inter fol. 45 et fol. 46 unum folium deest. Nonnulla folia lacerata. Litt. init. atque figure textum illustrantes. Tegum. uetus.

In fol. prel. [sæc. XV]: *De algorismo Johannis de Sacrobosco.* „Intendit algorismus in hoc opere × scribe ibi digitum".

f. 1—10': JOHANNES DE SACROBOSCO: *Algorismus uulgaris.* „Omnia, que a primeua rerum origine × in numeris quadratis quam cubicis".

f. 11—30': JOHANNES DE SACROBOSCO: *Tractatus de sphera.* „Tractatum de sphera 4 capitulis distinguimus × aut mundana machina dissoluetur".

f. 31—63': JOHANNES DE SACROBOSCO: *Compotus.* „Compotus est scientia considerans tempora × | ecclesie Christi quod nos hic fructificemus | ".

f. 64—72': „*Tractatus quadrantis.* Geometrie due sunt partes × altitudinem et productum dabit capacitatem. Explicit quadrans".

f. 73: „*Tabula solis prima in anno bissextili ad inueniendum locum eius anno Domini 1292 uerificata*".

f. 73': „*Tabula solis secunda adequata anno Domini 1293*".

f. 74: „*Tabula solis tertia equata anni Domini 1294*".

f. 74': „*Tabula solis quarta ad inueniendum locum eius anno Domini 1295 uerificata*".

f. 75: „*Tabula terminorum*". (cf. Gl. kgl S. 1810 4to f. 2').

f. 75—77: „*Expositiones tabularum compoti.* Hec prima tabula terminorum dicitur × omnia predicta per ordinem inueniuntur".

f. 77': „*Tabula* GHERLANDI *principalis*". (cf. Gl. kgl. S. 1810 4to f. 2).

f. 78: „*Contratabula deseruiens tabule Gherlandi et Lincolniensis*“. (cf. Gl. kgl. S. 1810 4to f. 1').

f. 78'—84: „*Calendarium magistri* Petri de Dacia“. (cf. Ms. College of Arms 20). Inueniuntur manu secunda sæc. xiii exeunt. additiones, que calendarium ad usum nationis Anglicane uniuersitatis Parisiensis adaptant (cf. Chatelain et Denifle: Auctarium chartularii universitatis Parisiensis I 4) Manu tertia eiusdem temporis addita sunt pauca nomina sanctorum ex calendario dioceseos Roschildensis e. g. Kanuti ducis, Kanuti regis, Lucii pape. Manu secunda ad 14. Kal. Maii: „Anno Domini 1295 obiit Matheus Crac, cuius anima requiescat in pace“.

f. 84': „*Regna nationis Anglicane*“.

f. 84': „Hic continentur libri isti: Algorissmus, sphera, compotus maior, tractatus quadrantis, 4 tabule quadrantis, expositiones tabularum compoti, calendarium magistri Petri de Dacia“.

In interiore parte tegumenti: „*Tabula nouem limitum*“.

Prov. Gallia. — *Poss.* Sæc. xiii exeunt. codex in possessione cuiusdam Dani in uniuersitate Parisiensi degentis fuit. — Andreas Erasmi. (f. 1: „Andreas Erasmi est possessor anno Domini 1548“). — Johannes Laurentius Viburgus. (In folio preligato: „Joannes Laurentius Wiburgus anno 1628 31. Julii“). — Augustinus Olufsøn Vroe. (In folio preligato: „Augustinus Oluffsønn Vroe er Baagens Eyermandt anno 1630“). — Peder Hersleb. — Kgl. danske Selskab for Fædrelandets Historie og Sprog. (In interiore parte tegumenti: „Foræret til det kgl. danske Selskab af Hr. Justitsraad Hersleb 1747“. — J. Langebek: Det kgl. danske Selskabs Begyndelse og Tilvæxt (1748) 163).

Litt. Scriptores rerum Danicarum VI (1786) 260. — Bruun 96. — Ellen Jørgensen: Om nogle middelalderlige Forfattere, der nævnes som hjemmehørende i „Dacia“. Historisk Tidsskrift 8. R. III 255.

Gl. kgl. S. 1811 4to membr., sæc. xiv, ff. 48, cm. 20×13,₃.

f. 1—48': „*Tabule et canones* Profacii *astronomi Hebrei principis Judeorum in monte Pessulano, et est almanac perpetuum*“.

Passim in codice recepta medica manibus diuersis lingua Latina et Germanica scripta.

Poss. F. C. Sevel. (Bibl. Sevel. III 213 n. 868). In auctione Seveliana anno 1781 codex pro 2 m. 9 sk. emptus est.

Gl. kgl. S. 1810 4to membr. et chart., sæc. XIV, ff. 75, cm. 22,3×14,9. Pars principalis folia chartacea cum nonnullis foliis membranaceis habet; quaterniones postea inserte membranacee sunt. Quaternio prima, ff. 1—8 complectens, atque folia 64—68 manu sæc. XIV, sed non eadem manu, qua pars principalis scripta. Passim figure et uersus manu sæc. XV exarate sunt. Tegum uetus. Olim liber. catenatus.

f. 1 [sæc. XV]: *Tabula planetarum.*

f. 1': „*Contratabula*". (cf. Ny kgl. S. 275a 4to fol. 78).

f. 2: „*Tabula principalis* GHERLANDI". (cf. Ny kgl. S. 275a 4to fol. 77').

f. 2': „*Tabula terminorum*". (cf. Ny kgl. S. 275a 4to fol. 75).

f. 3: „*Tabula quadrantis ad inueniendum qualibet hora die proportiones umbrarum ad suas res et proportiones earum quarumlibet ad suas umbras*".

f. 3: *Tabula, que ostendit per quot horas uniuersales sol moratur in quolibet signo in ascensu suo, quod per astrolabium est quesitum.*

f. 3': „*Tabula septem climatum secundum eleuationem poli et prolixitatem maiorum dierum et numerum miliariorum*".

f. 4—4': „*De officio quadrantis*". „Sequitur de officio quadrantis prout spectit ad gemeotriam × terminum plani mensurandi". (Ex tractatu de quadrante; cf. Ny kgl. S. 275a 4to fol. 64 seq.).

f. 5: *Tabula de eclipsibus solis et lune per annos 1313—1330.*

f. 5': „*Extractum de mensuratione turris inaccessibilis*". (Ex tractatu de quadrante; cf. Ny kgl. S. 275a 4to fol. 69').

f. 6: „*De quadrante quantum ad horas diei*".

f. 6': „*Si non habes quadrantem*". (Ex tractatu de quadrante; cf. Ny kgl. S. 275a 4to fol. 70').

f. 7: „*Tabula horarum artificialium ante meridiem uel post*".

f. 7': [eadem manu sæc. XV, que tabulam in fol. 1 exarauit]: *Tabula signorum zodiaci.*

f. 8—8': *Varie note de distantia lune a terra, de diametro terre, de toto ambitu terre.*

f. 9—23 [Hic pars principalis codicis incipit]: JOHANNES DE SACROBOSCO: *Tractatus de sphera, cum figuris.* „Tractatum de

spera 4 capitulis distinguimus × mundana machina dissoluetur".

f. 24—47': „*Magistri* JOHANNIS DE SACROBOSCO *noua compoti compilatio.* Compotus est scientia considerans tempora × | tu stabilire uelis opus hoc per temporis euum | ".

f. 47'—48': *Expositiones tabule terminorum et tabule Gherlandi.* „Hec tabula prima tabula terminorum dicitur × qua littera dominicalis occurrit". (cf. Ny kgl. S. 275ᵃ 4ᵗᵒ fol. 75 seq.).

f. 48'—56: JOHANNES DE SACROBOSCO: „*Algorismus.* Omnia, que a primeua rerum origine × quadratis quam in cubicis. Explicitus est algorismus prosaicus".

f. 56—60: „*Compositio quadrantis magistri* JOHANNIS DE SACROBOSCO. Omnis scientia per instrumentum × de simplici et composito quadrante ad presens sufficiant".

f. 60—61': *Expositiones tabule terminorum et tabule Gherlandi.* „Hec tabula prima tabula terminorum dicitur × qua littera dominicalis occurrit".

f. 62—63', 69: *Practica arithmetica.* „Si ponatur amphora 8 quartarum uini × tertia pars est". [ff. 64—68 non proprie ad hunc codicem pertinent].

f. 64: „*Tabula terminorum*".

f. 64': „*Tabula principalis Garlandi*".

f. 65: „*Contratabula*".

f. 65: „*Tabula signorum*".

f. 66—68: *Tabule solis.*

f. 68 [eadem manu sæc. xv, que tabulas in fol. 1 et fol. 7' exarauit]: *Tabula, que uocatur testimonium planetorum.*

f. 69 [eadem manu]: „*Qualitates signorum*". „Aries. | Nil capiti facias aries cum luna refulget | × | carpe uiam tutus sic potio sumpta sal ////"

f. 70—73 [manu prima]: *De regimine sanitatis per circulum anni.* „Cisio Janus. In Januario de optimo uino bibe ieiunus. Sanguinem non minuas × | percutiunt uenas, tollunt de corpore penas | ".

f. 73': *Cisio Janus.*

f. 74 [eadem manu, que tabulam f. 68 exarauit]: „*Tabula continuationis coniunctionis*".

f. 74 [manu eadem] „*Tabula minucionis*".

Poss. Matthaeus Ottenn, medicus Friderici I regis Danie. (In interiore parte tegumenti: „Liber Matthaei Ottenn Chylii ar-

cium et medicine doctoris phisici Regii". — Joh. Moller: Cimbria litterata I 472). — Possessor quidam Danicus. (f. 8': „Si fourtune me tourmente. Esperance me contente. Trop endurer me dure, mais pour durer j'endure. Anno 1609 den 15. Junii .... manu propria". Nomen erasum est). — Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin. n. 131. — Cat. Möllmann. n. 196).

Thott 825 4to chart., sæc. xv (f. 127': „1441", f. 236': „1461", f. 262': „1463"), ff. 266, cm. $21,_2 \times 14,_3$. Liber mutilus. Tegum. uetus.

f. 1: *De tractatu, qui computus sacerdotalis intitulatur.* „Sacerdotes computum scire tenentur × Etiam sacerdotalis, quia a quodam sacerdote compositus est".

f. 1'—38: *Computus sacerdotalis, cum glossis.* „Quoniamquidem ut uiderim × pro modulo conclusionis sacerdotalis computi ceteris predictis finaliter est annexa".

f. 39: „*Tabula phisicorum de duodecim signis*".

f. 40—43': „*Compotus manualis*". „ | Est dux ciclus lunaris sit tibi primus | × | ut sit in angaria quarta sequens feria | ".

f. 44—54': „*Compotus judaicus*" *cum glossis.* „Me pudet audire Judeum talia × ipsos diligenter consideranti. Et sic est finis istius computi Judaici".

f. 55—76: „*Compotus* GWILHELMI MIMATENSIS EPISCOPI, et est octaua pars ipsius libri Rationalis diuinorum officiorum". „Quoniam sicut ait beatus Augustinus × et aliis pretiosis sumptibus urbem lustrabant. Et sic est finis huius octaue partis. Magister Gwilhelmus fecit istam octauam partem anno Domini 1286".

f. 76'—78': „*Ex sexta parte*" *Rationalis diuinorum officiorum* GUILHELMI DURANDI. „Notandum est de aduentu Domini, quod beatus Petrus × et duplicem binarium".

f. 79—103': „*Dicta* SIMONIS *super massam compoti*". „Secundum Augustinum in domo Dei sunt quattuor necessaria, Greca, musica, jus canonicum et compotus × in toto die eiusdem mensis est embolismus". [Inter uolumina librorum, que Amplonius de Berka habuit in mathematica, fuit: Egregium commentum Symonis Daci super compotum ecclesiasticum].

f. 104—127': „*Compotus Nurenbergensis*" *cum glossa.* „Omnia cum superiorum motu corporum × finito et completo in Stendal anno Domini 1441 in profesto Michaelis....".

f. 128—129': *Tabule astronomice.*

f. 130—150': *De motibus solis et lune et planetarum, cum glossa.* „Cognicio ueritatis de paucis temporum circa motum solis et lune orbium ⨯ prius addas".

f. 151—153': *Tabule computistice.*

f. 154: *De ui signorum celestium in egritudinibus consideranda.* „ | Nil capiti facias aries dum luna refulget ⨯ et si carpis iter, ad finem tardius ibis | ". [Figura hominis penna exarata].

f. 154': *Tabula de 12 signis zodiaci.*

f. 155—160': *Calendarium.*

f. 161—164': *De signis zodiaci. De uirtutibus planetarum corpus humanum regentibus.*

f. 165: „*Ciclus magnus* DYONISII *de pascha DXXX duorum annorum*".

f. 165': „*Tabula contra*".

f. 166: „*Tabula* ALPHONSII *de festis mobilibus*".

f. 166': „*Tabula* BEDE". „*Tabula magistri* PETRI DE CIPRO". „*Tabula magistri* FUNGONIS". „*Canon tabule* FUNGONIS".

f. 167: „*Tabula Confluentina prima anno Domini 1471 facta*". Folium impressum (ex libro Johannis Gersonis, qui Monotessaron inscribitur, s. l. & a. [Coloniæ c. 1471]).

f. 168: „*Tabula* ANGELI".

f. 169—175: *Tractatus de chronologia.* „Duo sunt cicli in quibus ⨯ 376 athomi eueniunt".

f. 175—178: „*Opusculum de prima die seculi.* Primam diem seculi per uerissimum compotum Hebreorum ⨯ et ratione carent".

f. 178—178': *Excerpta ex scriptis* PAULI BURGENSIS.

f. 179—186: „*Compendium paschale.* Paschalis dies celeberrimus et reliqua festa ab eo dependentia ⨯ Ante omnia uigilare debet ad laudem agni paschalis incontaminati Jhesu Christi benedicti in secula".

f. 186—186': *Note de celebratione pasce, inter quas rescriptum concilii Basiliensis ad clerum Coloniensem de celebratione pasce anno 1444.*

f. 187—188': *Sermo super Joh. 11. 9.* „Nonne duodecim hore sunt diei Joh. 11. De hiis quidem horis ⨯ ab usu repulerunt. Sufficiant hec. Gloria, laus et honor sit redemptori".

f. 191—208': HERMANNUS DE MUNSTER, *frater monasterii Campi sancti Marie: Phaselexis.* „Gaude et letare sacrosancta Ba-

siliensis synode preclarissima, quia antiquarum sacrosanctarum synodorum consors es effecta × Si uero bene dictum quid reperitur non mihi, sed illi referat graciarum actiones, qui dat omnibus affluenter et non improperat. Jacobi primo".

f. 217–219': „*Exhortacio super kalendarii correctione a domino* PETRO CARDINALE CAMERACENSI *edita*". „///// Et ratio huius est, quia in omnibus 76 annis × utile et laudabile opus celeriter compleatur ad illius gloriam et honorem....".

f. 220: *De correctione erroris calendarii de inuentione pasche.*

f. 220': *Excerpta ex scriptis* PETRI CAMERACENSIS *cardinalis.*

f. 221: *Versus astrologici.* „| Si quis nascitur, dum Saturnus dominatur | × | in uultum iustum, castum, uagabundum | ".

f. 221'—236': *Tabule cicli solaris. Tabule cicli lunaris. Tabule indictionis etc.*

f. 237—255': JOHANNES DE SACROBOSCO: *Algorismus, cum glossa.* „Omnia, que a primeua rerum × cubicis quam quadratis".

f. 256–258': *De arte algoristica.* „Ex quo ars algoristica multum est necessaria × debeat non sequi".

f. 258'–266': *Varie tabule et note e. g. de loco lune inueniendo, de horologio faciendo, de clauicordia facienda, de ortu et occasu solis.*

Prov. Germania. — *Poss.* Monasterium Campi sancte Marie ord. Cist. in Westphalia [Marienfeld]. (In interiore parte tegumenti: „Liber Campi sancte Marie sub custodia fratris Hermanni Birech"). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 424 n. 825).

Gl. kgl. S. 1813 4to chart., sæc. xv, ff. 121, cm. $21{,}3 \times 15{,}3$. Codex diuersis manibus scriptus, figuris penna delineatis instructus, in fine mancus. Tegum. uetus.

f. 1—2': „*Usus uirge cubice cum cubellis et supplementis*".

f. 3—8': „*Quocunque circulo dato eum in partes equales diuidere*". „*Omnem orbem in partes diudere equales*" etc.

f. 9—12: „*Pro compositione instrumentorum kalendarii seu planetarum*".

f. 12'—20': „*Tabula radicum mediarum coniunctionum*". „*Tabula medie coniunctionis solis et lune*". „*Tabula equationum solis*". „*Tabula radicum mediorum motuum planetarum*". „*Tabula radicum capitis draconis*". „*Tabula ad inueniendum tempus reductum*".

f. 21'—50': *Calendarium cum multis tabulis et commentariis.*

f. 51—52: *Disci mobiles in usum astronomorum.*
f. 54—59': „*Tabula profectionis annue per totum annum*".
f. 59'—72: „*Tabula profectionis siue reuolutionis mensium*". „*Tabula profectionis annue in horis et minutis atque aliis fractionibus*" *etc.*
f. 73—75': *De locis planetarum inueniendis.* „Notandum, quod instrumento quodam, quod theorica noua × uerus locus capitis erit".
f. 77—121': *De motibus planetarum.* „Astrorum obseruationes studiosi × iam magister ultimo agit de latitudinibus diuersis duorum /////"
Prov. Germania. — *Poss.* Hans Landsthad. (Nomen in interiore parte tegumenti inscriptum). — Petrus Alberti uicecancellarius uniuersitatis Hafniensis. (In interiore parte tegumenti: „Liber datus uniuersitati per doctorem Petrum Alberti"). — Bibliotheca Uniuersitatis Hafniensis.
Litt. Erichsen 46. — S. Birket-Smith: Om Kjøbenhavns Universitetsbibliothek før 1728 (1882) 11.

Gl. kgl. S. 1817 4to membr., sæc. xv, ff. 212, cm. $20,_5 \times 14,_5$. Tegum. uetus.
f. 1—212': „*Ars geomancie siue ars punctorum*". „Quicunque uult bene addiscere artem geomancie quantum ad practicam, que est filia artis astrologie × manus dextra tetigit ipsam".

Ny kgl. S. 73 8vo membr., sæc. xii, ff. 37, cm. $15,_4 \times 9$.
f. 1 [manu secunda]: *Versus de remedio caluitiei.* „ | Miror inesse uiris tot frontes absque capillis | × | Aspiciesque nouis caput ebullire capillis | ".
f. 1'—37: *Questiones in musica authore anonymo.* „A natura omnium rerum antiquissima parente immo auctore × cum ipsi linee fuerit proximum". (cf. Rudolf Steglich: Die Quæstiones in Musica. Ein Choraltraktat des zentralen Mittelalters und ihr mutmasslicher Verfasser Rudolf von St. Trond. Leipzig 1911).
Poss. Stephanus Johannis Stephanius (f. 1 manu Stephanii hec inscriptio: „Hermanni Contracti de monochordo libellus. Folia continet 37").

Gl. kgl. S. 1653 4to membr., sæc. xi exeunt., ff. 220, cm. $21 \times 13,_5$. Scriptura, que dicitur Longobardica. f. 17—19':

Figure quindecim penna delineate fetum in utero exhibentes. Tegum. uetus.

f. 1—2 uacant.

f. 3—25': „*Gynecia* MUSCIONIS“ *ex Grecis* SORANI *in Latinum sermonem translata*. „Prologus Muscionis. Cum frequentius nobis in mulieribus causis obsetrix fuisset necessaria × ab antiquis diligenter scripta sunt. De Soranis cateperocianis et curas de gyneciis triacontadis in Latinum translata sermonem“. (Sorani Gynaeciorum uetus translatio Latina. Ed. V. Rose (Lipsiæ 1882) 3—128).

f. 25'—28': „*Pessaria*“. „Initium cure matricis × difficultatem urine soluet. Explicit pessaria, in quas continetur omnium feminarum sanitatis auxilium. Explicit gynecia Muscionis auctoris“. (Ibid. 120—128).

f. 28'—31': „CLEOPATRA“: *De morbis muliebribus*. „Desideranti tibi, filia charissima, habere × menstrua deducit“. (Bandinius: Catalogus codicum Latinorum bibl. Laurentianæ III 17).

f. 31'—59': „*Liber* GALIENI“. „Incipit alphabetum × et ad serpentium morsus facit“.

f. 60—60': *Virtutis demonstratio omnium medicamentorum*. „Verum haec est uirtutis demonstratio omnium medicamentorum × ferro cura. Hic deest ////“

f. 61—66': „*Liber dietarum diuersorum, hoc est* ALEXANDRI *et aliorum*. De capillis cadentibus. Cibos accipiant × et ab omni legumine“. (cf. Ms. Reg. Brit. Mus. 12 E XX).

f. 66'—71': *Dieta* YPOCRATIS. *Dieta* THEODORI, *etc*.

f. 72—76': „*Liber artis medicine*“. „Asclepius puer factus × uero dimittendi sunt, quod non prenotauimus“.

f. 77—147': ORIBASIUS: *Synopsis I—VI*. „Ex iussione Juliani diuini Augusti collecti sunt × fluxio et secundum uirtutem ////“ (Oeuvres d'Oribase par Bussemaker et Daremberg V (1873) 798).

f. 148—149: „*Antibalomenon*“. „Quoniam antibalomenon librum × dactili siriaci“.

f. 149'—181': *Antidotarium*. „Hec est operatio potionis, que uocatur in lingua × sicut faba malor“.

f. 181'—183': *De ponderibus et mensuris etc*. „Incipit de ponderibus signis, que incognita sunt. Talentus habet pondus × hec sunt signa mortifera certissima“.

f. 183'—185: „*Conseruatio fleuothomie et dierum canicularum*.

Mense Aprelis uena mediana de brachio incidere × Justini ad cauculos".

f. 185—186: *De emplastris.* „Emplastras Oxira facit ad omnem fracturam et stomachum dolentibus × cum oleo liquefac et conmisce".

f. 186'—188': *De unguentis.* „Unguentum marciaton. Ad guttam restringendam et ad omnem × semen rute agreste. Semen euforbium".

f. 189—215': „*Medicamentarium, quod continet dicta Uribasii doctoris per alphabeto.* Acopum sciaticis et paraliticis conue niens × melli aut aqua calida".

f. 215'—217' [diuersis manibus sæc. XI—XV]: *Recepta medica.*

f. 220 [sæc. XV]: „Anno a mundi creatione 4815 uniuersitas Cantebrigia fuit a Cantebro edificata et a philosophis et scientiarum inuentoribus multipliciter decorata".

Prov. Italia. — *Poss.* f 219' [sæc. XV]: „Frater Thomas Glowcetur carmelita". — f. 138 [sæc. XV]: „Orate pro Nicholao Cautelowe". (cf. f. 189 et f. 148).

Litt. E. A. Loew: The Beneventan script (1914) 19, 338. — Sorani gynaeciorum vetus translatio Latina. Ed. V. Rose (1882). — Sudhoff: Tradition und Naturbeobachtung in den Illustrationen medizinischer Handschriften und Frühdrucke vornehmlich des 15. Jahrhunderts (1907) Taf. XV. — Fr. Weindler: Geschichte der gynäkologisch-anatomischen Abbildung (1908) 16—18. — E. Ingerslev: Rösslin's „Rosegarten": Its relation to the past (the Muscio manuscripts and Soranos) particularly with regard to Podalic version (1909), Journal of Obstetrics of the British Empire, January and February 1909. — Val. Rose: Anecdota Græca et Græcolatina II (1870) 107.

Thott 676 4to membr., sæc. XIII, tribus manibus script., ff. 307, cm. 19×12,7. Liber mutilus.

f. 1—99' [manu 1]: ISAC ISRAELITA: *Diete uniuersales atque particulares interprete* CONSTANTINO AFRICANO. Textus glossis instructus. „Quod in primis coegit antiquos disputare de naturis ciborum × lapides in renibus creant".

f. 100—189' [manu 2]: ISAC ISRAELITA: *Liber febrium interprete* CONSTANTINO AFRICANO. „Quoniam te, karissime fili Johannes, lacrimas × et digerentem et cito eicientem ////"

f. 190—307' [manu 3]: ISAC ISRAELITA: *Diete uniuersales atque particulares interprete* CONSTANTINO AFRICANO. „Quod

in primis coegit antiquos disputare de naturis ciborum × lapidem in uesica creant. Expliciunt diete particulares. Focus duobus modis est diuisus autem ////"

Poss. O. Thott. (Bibl. Thott. VII 416 n. 676).

Gl. kgl. S. 1654 4to Re uera duo codices, scilicet *A* et *B*. Tegum. uetus.

Cod. *A* chart., sæc. xv, ff. 205, cm. $20{,}_{8}\times14{,}_{2}$.

Cod. *B* membr., sæc. xiii, ff 30, cm. $20\times13{,}_{8}$.

f. 1: *Registrum.*

f. 2—11: „*Tractatus de complexionibus* Johannis Parisiensis", *cum glossa.* „Complexionum uarietas sequitur uariationem suarum causarum × quia eodem loco et eadem constellatione sunt nutriti".

f. 13—103': „*Liber simplicium medicinarum magistri* Mathei Platearii. Circa instans negotium × hic leto fine illud concludimus. Hactenus archanum Salerni diximus urbi, et littera iam lasso pollice sistat opus".

f. 104—110: „Henricus Dacus: *De simplici medicina laxatiua*". „Galienus dicit in libro de simplici medicina × proposuimus ordinanda. Explicit dosis M. H. Daci". (Henricus Dacus: De simplicibus medicinis laxatiuis. Ed. J. W. Johnsson. Hafnie 1914).

f. 110'—119: „*Anbaleon rerum medicinalium*" *et* „*uaria medicinalia*".

f. 122—183': Platearius: *De morborum cura practica.* „Amicum induit, qui nisus amicorum precibus × est finis huius".

f. 184—184': *Varia notata medicinalia.* „Hec collecta sunt Erfordie".

f. 185—205': „*Antidotarium* Nicolai" Salernitani. „Ego Nicolaus rogatus a quibusdam × libidinem potenter excitat".

f. 205': *Recepta medica.*

f. 206—235': Macer Floridus: *De uiribus herbarum,* cum notis diuersis manibus lingua Latina et Germanica scriptis. „ | Herbarium quasdam dicturus carmine uires | × | pulmonum causis hanc asserit ille ptisique | /////"

Prov. Germania. — *Poss.* Luderus Bremensis. — Domus sancte Marie uirginis sanctique Johannis euangeliste in Segeberg. (f. 1 [sæc. xv]: „Liber domus sanctissime uirginis Marie et sancti Johannis euangeliste in Segeberghe per dominum Luderum Breme donatus").

Thott 698 4to membr., sæc. XIV, ff. 112, cm. 24,2×16,1. Litt. init. ineleganter picte. Tegum. uetus.

f. 1—44': NICOLAUS PREPOSITUS SALERNITANUS: *Antidotarius.* „Ego Nicolaus rogatus a quibusdam × Zynziber conditum .... scriptum est superius et non oportet ut hic scribatur".

f. 44'—70': *De speciebus et herbis.* „Quoniam sufficienter de dispensatione omnium confectionum × quantum sufficiat fiat unguentum".

f. 70'—74': „*Sinonima antidotarii*". „Explicitis autem specierum × Zinzeleon id est quinque folium".

f. 74'—77: *Recepta medica.* „Syrupus de fumo terre × Electuarium optimum contra coleram et contra fluxum sanguinis per nares .....".

f. 78'—85: *De conferentibus et nocentibus.* „Conferunt cerebro fetida × acetum squilliticum et eius oximel". (cf. Brit. Mus. cod. Reg. 12 B XXV f. 24).

f. 85—93': JOHANNES DE SANCTO PAULO [?]: „*Flores dietarum*". „Corpus hominis ex quatuor constat humoribus × nisi cum oximelli mixtam". (cf. Brit. Mus. cod. Reg. 12 B. III f. 88).

f. 94—102: *Virtutes specierum ordine alphabetico.*

f. 102: *Oratio medici cum potionem dat.*

f. 102—110: *Recepta medica.*

f. 110—112 [diuersis manibus sæc. XV]: *Varie note.*

Poss. O. Thott. (Bibl. Thott. VII 417 n. 698).

Thott 189 fol. membr., sæc. XIV, ff. 61, cm. 39×26. Tegum. uetus.

f. 1—36': *Libri* HIPPOCRATIS *aphorismorum cum commento* GALIENI *a* CONSTANTINO AFRICANO, *Casinensi monacho, translati.* „Vita breuis, ars uero longa × tanto plus peiorabuntur". „Prefatio domini Constantini Affricani, Montis Cassinensis monachi, ad Glauconem discipulum suum. Licet petitionibus tuis continuis acquiescens × falsa et non esse Ypocratica confirmare poterit".

f. 37—61': *Libri* HIPPOCRATIS *prognosticorum cum commento* GALIENI *de Greco in Latinum translati.* „Omnis, qui medicine artis studio × exposite ordine preceptorum". „Videtur mihi, quod ex melioribus × et in quibusdam earum in sexagesimo".

Poss. O. Thott. (Bibl. Thott. VII 293 n. 189).

Litt. H. Diels: Die Handschriften der antiken Ärzte. Abhandlungen der kgl. preussischen Akademie der Wissenschaften 1905. Phil. hist. Abh. III 105, 107.

Gl. kgl. S. 1656 4to membr., sæc. XIV—XV, ff. 180, cm. 20×14. Tegum. uetus.

f. 1—2': *Registrum.*

f. 3—107': „*Lilium medicine editum in preclaro studio Montispessulani per magistrum* BERNHARDUM DE GORDONIO". Liber I—VI. „Interrogatus a quodam Socrates × cum dolore intollerabili, ut dictum est superius".

f. 107'—108: „*Liber septimus et ultimus de passionibus membrorum generatiuorum in utroque sexu.* Septime quarta est indicatiua × influenciam lune".

f. 109—126': BERNARDUS DE GORDONIO: *Liber pronosticationis.* „///// non alterat nec transmutat × tardius curatur. Explicit tractatus utilis et breuis super pronostica editus a magistro Bernardo de Gordonio. In preclaro studio Montispessulano anno Domini 1294 in conuersione sancti Pauli editus fuit iste tractatus".

f. 126'—128': „*Phisonomia ualde bona edita a magistro* BERNARDO DE GORDONIO. Elegans autem nature × in omnibus sibi comparat cognitionem".

f. 129—142': „*Liber flaubotomie magistri* BERNARDI DE GORDONIO". Liber primus libri de conseruatione uite humane. „Homo est princeps et rex × Item non debent fieri nisi corpore mundificato".

f. 142'—164: BERNARDUS DE GORDONIO: *Liber de urinis.* Liber secundus libri de conseruatione uite humane. „Dilexi ueritatis scientiam × frigus in extremitatibus".

f. 165—166: „*Liber tertius huius operis, de pulsibus, editum per eundem magistrum*" BERNARDUM DE GORDONIO. „Pulsus est nuncius × et Auicenna".

f. 166'—167 [sæc. XV]: „*Tabula de laxatiuis.* Mundificant sanguinem decoctiones istarum × decoctio rosarum et absinthii in aqua pluuiali".

f. 167 [eadem manu]: „*Alia tabula de medicinis simplicibus et compositis.* Medicinarum laxatiuarum alie sunt calide × oxisimplex".

f. 167' [eadem manu]: *Alia recepta.*

f. 168—170 [sæc. XIV]: „*Tractatus magistri* ALEXANDRI *de*

quattuor complexionibus hominum. Hic tractandum est de complexionibus × sed ad eternam anime dampnationem". (Cf. Cat. codicum manuscriptorum Latinorum, qui in bibliotheca publica atque universitatis Pragensis asservantur I 1149 n. 1148).

f. 170—171: „*Colores et temperature magistri* Johannis Boniensis. Colorem uiridum sic prepara × excepti de libro thesauro pauperum".

f. 171'—172': „*De mensibus quomodo te debes regere per totum annum*". „ | Cisio ianus ephi sibi uendicat et feli marcel | × | ut minus egrotes cynamomam repentita pota | ".

f. 172': *Consilia ad scribendas litteras aureas uel argenteas.*

f. 173'—174' [sæc. xv]: „*Cap. 26 septimi libri Lilii* Bernhardi de Gordonio". „Cum amor et dilectio × Et nota, quod hoc capitulum est Lyliatoris et debet stare in fine libri Lilii scilicet, quia sit capitulum XXVI et ultimum libri septimi".

f. 175—180 [sæc. xiv]: *Tractatus de uirtutibus simplicium medicinarum.* „Cogitanti mihi de simplicium medicinarum uirtutibus × non modicam parare utilitatem".

Poss. Paulus Romanus Wonnecker. (In interiore parte tegumenti [sæc. xvi]: „Sum Pauli Romani Wonneckii Basiliensis medice artis". „Iste liber spectat ad Paulum Romanum Wonnecker").

Gl. kgl. S. 1655 4to chart., sæc. xv (f. 106': „1420"), ff. 109, cm. $21{,}_8 \times 15{,}_2$.

f. 1—106': „Arnoldus de Villa noua: *De egrotantibus partibus omnium membrorum a capite usque ad pedes*". „Arnoldum Lucam sic intellige × de lapidibus lapis calcis. Explicit Arnoldina de egrotantibus partibus a capite usque ad pedes finita per manus magistri Johannis de Babinhus anno Domini 1420 in uigilia sancti Anthonii abbatis Erfordie".

f. 107—109': *Registrum.*

In folio inter f. 91 et f. 92 inserto eadem manus, que codicem exarauit, scripsit hos uersus: „Alanus de uarietate philosophorum in fine. | Iam ergo nouissimus morbus dominatur | ". „Item idem. | Assunt et sinthomata uelud oculorum | ". „Item. | Prima tibi facies occurrit prima notetur | ". „Item XV. | Hiis creticis signis moriens dinoscitur eger | ".

In folio membr. tegumento adglutinato: „Anno Domini 1421

feria tertia proxima post epiphaniam Domini natus est filius meus Eberhardus mane ante meridiem infra horam nonam et decimam". Ibidem: *Horoscopus*.

Prov. Germania.

Gl. kgl. S. 228 fol. chart., sæc. xv (f. 250': „1435"), ff. 250, cm. 29×20.

In foliis preligatis: *Registrum*.

f. 1—239: ARNOLDUS DE VILLA NOUA: *Breuiarium practice.* „Ego Arnoldus de Villa noua domini pape phisicus aggregaui flores omnium philosophorum medicine super omnes egritudines, que in humano corpore nasci possunt a capite usque ad plantam pedis secundum quod uerique philosophi probauerunt et pro parte probaui et per probatas et fidedignas personas probatas accepi. Post obitum bone memorie magistri Johannis Cassemuzulis natione Tholetani medicinalis et loycalis scientie professoris × non inueni plus". [Codex plus habet quam editio anni 1497].

f. 241—250': *Tractatus de medicinis laxatiuis et opiatis.* „Cum medicinalis artis due partes theorica scilicet et practica credantur esse integrales, circa practicam tota fere consistit utilitas. Practice uero circa laxatiuarum medicinarum rectas et ordinatas dationes × senectutis et seni. Et sic est finis optime medicine Deo gracias. 1435 in Cassel in carnispriuio".

Prov. Germania.

Thott 195 fol. chart., sæc. xv (f. 3: „1465", f. 310: „1466"), ff. 319, cm. 35×21. Pag. 3 floratura decorata atque littera initiali, in qua pictura medicum exhibens.

f. 1—2: *Registrum.*

f. 3—310: *Magister* VINCENTIUS: *Practica.* „Auxilio Dei omnipotentis et gloriosissime uirginis Marie ego magister Vincentius intendo librum breuem de diuersis egritudinibus secundum literas alphabeti . . . . componere. . . . . Inchoatus est liber presens anno Domini 1465. . . . Allopicia est casus capillorum × Scutum pro stomacho . . . . Et sic est finis huius practice per me magistrum Vincentium in medicinis licentiatum anno Domini 1466 in uigilia omnium sanctorum".

f. 311—314: uacant.

f. 315—319: *Registrum.*

Prov. Germania. — *Poss.* Johannes Jacobus Ehrnreich. — Wolfgangus Moll. (f. 2 [sæc. XVI]: „Dominus doctor Wolfgangus Moll, medicus et archiater Lauringensis, perlegit istam practicam pro parte et ualde ipsam commendat. Est mihi data a nobili uiro Joanne Jacobo Ehrnreich, qui Biponti mortuus est in aula illustrissimi mei principis Wolfgangi comitis Palatini etc. anno 63, die 24. Decembris"). — O. Thott. (Bibl. Thott VII 293 n. 195).

Gl. kgl. S. 3479 8vo chart., sæc. XV (f. 43: „1481", f. 162': „1484", f. 196': „1482"), ff. 286, cm. 15,1×7. Nonnulla folia exscissa. Codex duabus manibus scriptus est. In marginibus multe note manu secunda scripte. Tegum. uetus.

f. 1—1' [manu sec.]: *Note uarie.*

f. 2—3' [manu sec.]: „*De natura umorum.* Diuersitas specierum umorum × efficitur amarum".

f. 3'—4' [manu sec.]: *Note uarie.*

f. 5—21 [manu prima]: „*Isagoge* JOHANNITII *ad tegni Galieni*", *cum notis marginalibus man. sec.* „Medicina diuiditur in duas partes × boni maliue discretio".

f. 21'—26 [manu prima]: „*Liber pulsuum* PHILERETI. Intentionem habemus in presenti conscriptione × Et hec uobis de pulsu ad presens sufficiant".

f. 26'—43 [manu prima]: „*Liber urinarum* THEOPHILI. De urinarum differencia negotium × differentias conuenienter exposuimus. Finit liber urinarum Theophili 1481".

f. 43'—48' [manu sec.]: *Tabula super aphorismos Hippocratis.*

f. 49—75' [manu prima]: HIPPOCRATES: *Aphorismi.* „Vita breuis, ars uero longa × plus peiorabitur".

f. 76—90' [manu prima]: „*Liber pronosticorum diuini* YPOCRATIS. Omnis, qui medicine artis studio × sunt exposite ordine preceptorum".

f. 91—108' [manu prima]: HIPPOCRATES: „*Liber de regimine acutorum morborum*". Pars I—III. „Qui de egrotancium accidentibus in singulis egritudinibus × sed in aliis aliquando conueniens est".

f. 109—162' [manu prima]: „GALIENI *principis medicorum microtegni liber.* Tres sunt omnes doctrine, que ordine habentur × in rememoratione librorum suorum. Finis 1484".

f. 163—166' [manu secunda]: „*Liber de diuisione librorum Galieni.* Testatur Galienus in commentariis supra dicta Ypocratis × Hec collegi a dictis speculatoris in medicina".

f. 166'—167' [manu sec.]: HIPPOCRATES: *Liber de lege, qui Introductorius dicitur, traductus per* ARNOLDUM DE VILLA NOUA. „Medicina artium preclarissima et excellentissima × scientia. Explicit liber Yppocratis de lege, qui eciam introductorius dicitur".

f. 167'—168' [manu sec.]: *Varie note.*

f. 169—196' [manu prima]: „*Compendia ordinationis generalis circa omnes egritudines per magistrum* JACOBUM DE PARTIBUS. Quia circa practicam medicine communiter procedimus × decisa et concussa. Et sic est finis huius compendii 1482".

